

Miscellaneous draft portions of 'Theologiæ Gentilis Origines Philosophicæ'

by Isaac Newton

Source: Yahuda Ms. 16.2, Jewish National and University Library, Jerusalem

[Additional Metadata](#)

[Switch to diplomatic text](#)

[More information](#)

<1r>

Theologiæ Gentilis Origines Philosophicæ. Cap. 1 Quod Theologia Gentilis Philosophica erat,et ad scientiam Astronomicam & Physicam systematis mundani apprime spectabat: quodque Dij duodecim majorum Gentium sunt Plantæ septem cum quatuor elementis et quintessentia Terra

Philosophiam antiqui duplicem coluere, sacram et vulgarem,sacram Philosophi per typos et ænigmata discipulis suis tradidere: vulgarem oratores aperte et stylo populari scripserrunt. Philosophia sacra in Ægypto apprime floruit et in scientis syderum fundata fuit. Id ex annua sacerdotum processione in honorem Philosophiæ hujus instituta manifestum est. Cujus processionis formulam Clemens Alexandrinus ἀυτόπτης sic descripsit.

Ægyptis peculiarem quandam Philosophiam exercent: illam maximè offendit sacra eorum Processio.

Primus enim procedit cantor, ex musicæ symbolis unum aliquod gestans. Dicunt illum ex libris Mercurij duos accipere debere; quorum unus Hymnos Deorum,alter Regiæ vitæ rationes continet.

Post cantorem procedit Horoscopus; in manu habens horologium et palmam, Astrologiæ Symbola. Hunc oportet semper in ore habere Astrologicos Mercurij libros,qui sunt quatuor, quorum unus est deordine Inerrantium Stellarum quæ apparent, alius de coitu et illuminatione Solis et Lunæ; reliqui (duo) de illarum ortu.

Deincep progreditur scriba sacrorum, pennam habens in capite, et in manibus librum ac regulam, in qua est et atramentum ad scribendum, et iuncus quo scribunt. (Ad illum pertinent x libri.) Illum oportet scire ea quæ Hieroglyphica vocantur, et² Cosmographiam, et³ Geographiam, et⁴ ordinem Solis et Lunæ, et⁵ Quinque Planetarum, et⁶ Chorographiam Ægypti, et⁷ Descriptionem Nili, et⁸ Descriptionem apparatus sacrorum, locorumque consecratorum, <1v> ♦ Ab exordio mundi ad diluuium Berosus numerat saros 120 & Sarum dicit esse annorum 300. Suspicio annos pro diebus per vocis ambiguitatem hic scribi. Nam Orientales in mysterijs suis usurpabant diem pro anno & annus vetus Chaldaicus erat dierum 360. Hac lege saris erit annorum decem & spatium ab exordio mundi ad diluuium erit annorum 1200, ferè ut Moses scripsit. Gentes numerabant decem, centum, millenon autem per 36, 360, 3600. Neque satis intelligo unde numerus non volundus 3600 oriatur nisi ex resolutione decennij in dies. <2r> et⁹ Mensuras, et¹⁰ quæcunque in sacris sunt necessaria.

Prædictos sequitur Stolistes, cubitum Iustitiæ tenens, et Calicem ad libandum: Hic omnia no fuit quæ ad Disciplinam pertinent, et Victimarum Sigillationem. Sunt autem x (libri) qui ad Deorum suorum honorem pertinent, et Religionem Ægyptiaram continent; nempe de¹ Sacrificijs, de² Primitijs, de³ Hymnis, de⁴ Precibus, de⁵ Pompis, de⁶ Diebus Testis, et ejusmodi quatuor alij.

Post omnis prodit Propheta, Hydriam apertè gerens in sinu; quem sequuntur qui Paries emissarios portant. Hic, ut Præfectus Sacrorum, libros x edifcit, qui Sacerdotales vocantur; nempe de Legibus, de Dijs, et de universâ sacerdotum disciplinâ. Propheta etiam apud Ægyptios Vectigalium distributioni præest. Hactenus Clemens.

♦ < insertion from f 1v > ♦ Tota verò hæc Processio ad Astronomiam et Geographiam spectat. Nam hymnis præfatorijs significatur illa sphærarum harmonia quam veteres per Musas novem et Apollinem Musagetam cum Lya designaban, quamque in sacris suis per hymnos adumbrare solebant. Id Macrobius sic pate fecit. *Plato*, inquit, in repub. sua cum de sphærarum cælestium volubilitate tractaret, singulas ait Sirenas singulis orbibus insidere, significans sphærarum motu cantum numinibus exhiberi. Nam Siren Dea canens græco intellectu valet. Theologi quoque novem Musas octo sphærarum musicos cantus et unam maximam concinentiam quæ confit ex omnibus esse voluera. Vnde Hesiodus in Theogonia sua octavam musam Vraniam vocat: quia post septem vagas quæ subjectæ sunt, octava stellifera sphæra superposita proprio nomine cælum vocatur: et ut ostenderet nonam esse et maximam, quam conficit sonorum concursus universitas adjecit,

καλλιόπη θ' ἢ δὴ προφερεσάτη ἐστὶν ἀπασέων;

ex nomine ostendes ipsam vocis dulcedinem nonam Musam vocari (nam καλλιόπη optimæ vocis Græca interpretatio est) et ut ipsam esse quæ confit ex omnibus pressius indicaret assignavit illi universitatis vocabulum; videlicet ἢ δὴ προφερεσάτη ἀπασέων. Nam et Apollinem ideo Μουσαγέτω vocant quasi ducem et principem orbium cæterorum, ut ipse Cicero refert: *Dux et princeps & moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio*. Musas esse mundi cantum etiam sciunt qui eas Camenas quasi canenas a canendo dixerunt. Ideo canere cælum Theologi comprobantes sonos musicos sacrificijs

adhibuerunt; qui apud alios lyra vel cithara, apud nonnullos libijs alijsve musicis instrumentis fieri solebant. In ipsis quoque hymnis Deorum per stropham et antistropham metra canoris versibus adhibebantur; ut per stropham rectus orbis stelliferi motus, per antistropham diversus vagarum regressus prædicaretur: ex quibus duobus motibus primus in natura hymnus dicendus Deo sumpsit exordium. Mortuos quoque ad sepulturam prosequi oportere cum cantu plurimarum gentium vel regionum instituta sanxerunt, persuasione hac; quia post corpus animæ ad originem dulcedinis musicæ redire credantur. Hæc Macro. l. 2 Somn. Scip. c. 3. Idem significari per hymnos in processione Ægyptiorum manifest. ex processione serie. Nam proximè post hymnos procedit Astronomus cum libris sacris &c < text from f 2r resumes > NB. Orbem extimum in quo sita sunt fixæ, Cicero dicit esse summum ipsum Deum accentum & continentem cæteros orbis. lic. Somn. Scip. {citante} Macro {bi} um somn. scip. l. 1. c. 17. In hac Processione per Hymnos præfatorios ^{al[1]} harmonia sphaerarum cælestium significatur. Deinde procedit Astronomus cum libris sacris ad scientiam syderum spectantibus. Hunc sequitur scriba sacrorum qui descriptiones Cæli Terræ Stellarum et rerum sacrarum intelligit. Vltimò Sacerdos et Præfectus Sacrorum, ea callentes quæ ad ritus sacros et Theologiam spectant, Processionem totam claudunt. Coniungendo Scientiam Stellarum et Mundi cum Theologia et Scientiam illam primo loco ponendo, infimabant Ægyptij Theologiam suam ad astra respicere. Nimirum Dij Ægyptiorum erant astra et elementa. Hoc asserunt t Diodorus et t Laertius. Testatur etiam Horus Apollo quod depicta t Ægyptijs Stella Deum significat. Chæremon quoque <3r> et alij (ut Porphyrius apud Eusebium refert) ^[2] Deos nullos hoc mundo corporeo et partibus ejus superiores esse ex doctrina disputabant Ægyptiorum quorundam qui de alijs Dijs præter Planetas et Stellæ fixas nunquam locuti sunt sed fabulas suas omnis theologicas de astris et Planetis et fluviis Nilo omnino interpretabantur et ab horum influentijs res humanas pendere credebant. Vnde concludit Eusebins quod arcana Ægyptiorum Theologia ad astra et Planetas tanquam Deos solummodo spectabant. t < insertion from f 2v > Præp. Evang. l 1. c 6 t Et alibi: *Phænices, ait, et Ægyptios omnium principes Soli et Lunæ ac Stellis divinitatem tribuisse vulgatum est, iisque solis rerum omnium ortus interitusque c.9. causam assignasse.* Et postea: *Iam in Phænicum Theologia reperias qui principes apud illos naturalis sese Philosophiæ studio dediderunt eos pariter atque Ægyptij, solem ac Lunam cæterasque stellas errantes, elementa præterea quæque cum ijs conjuncta sunt, Deorum in loco tantum habuisse — Atque hæc Phænicum etiam libris continentur.* Sic etiam Author Libri Sapientiæ cap 13, *Ignem, ait, aut spiritum aut citatum aerem, aut gyrum stellarum aut nimiam aquam aut solem et lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt.* Et jobus cum se ab Idololatria purgare vellet: *Si, inquit, vidi solem cum fulgeret et Lunam incedentem clarè, & lætatum est in abscondito cor meum & osculatus sum manum meam ore meo: etiam hæc est iniquitas a iudicibus punienda quoniam negarem Deum altissimum* Iob 31.26. < text from f 3r resumes > Idem quoque ex Deorum nominibus manifestum est nimirum, Saturno, Iove, Marte, Venere, Mercurio, Sole, Apolline, Luna, Diana, Vulcano, Neptuno, Rhæa, Plutone, Cerere Libero, Oceano et finitibus. Dij illi stellas et elementa aperte significant et ab Ægypto per gentes antiquitus propagati sunt. Sic enim Herodotus: *Omnia fere Deorum nomina ex Ægypto in Græciam pervenerunt. Idque ego ex Barbaris scitatur ita rem habere comperio, ac reor ex Ægypto præcipuè venisse.* Et paulò ante: *Dicunt, , Ægyptios duodecim Deorum cognomina primos in usu habuisse, et Græcos ab*

ijs fuisse mutuatos: illos etiam simulachra et Delubra Dijs primos statuisse. ❖ Idem Lucianus in ❖ &c < insertion from f 2v > ❖ Idem Lucianus in Dialogis ex inspectione Templorum in Syria ac traditione sacerdotum confirmat. *Scribo, inquit, Assyrius ipse existens & eorum quæ narro alia quidem ipse coram vidi, alia vero a sacerdotibus edoctus sum. Primi igitur hominum quos nos scimus Ægyptij, dicuntur et deorum notitiam percepisse et templa constituisse lucosque et conventus solennes edidisse. Primi autem et nomina sacra intellexerunt & sermones sacros docuerunt. Deinde verò non multo tempore post ab Ægyptijs Assyrij doctrinam de dijs acceperunt et sacra templa queererunt in quibus et simulacra posuerunt et statuos dedicarunt. Antiquitas autem etiam apud Ægyptios absque simulacris et statuis templas erant. Et sunt in Syria quoque templa non multo Ægyptijs ætate posteriora, quorum ego plurima ipse vidi.* Hæc Lucianus in Dea Syria. Cultus igitur astrotum simulacris antiquior fuit. Quod autem Assyrios ab Ægyptijs edoctos fuisse scribit, id confirmat etiam Diodorus. lib. 1. *In Babylonem, inquit, Bellus, Neptuni et Libyæ ut creditur filius, coloniam duxit & detecta apud Euphratem sede Flamines pro more Ægyptiorum impensis et oneribus publicis exemptos instituit, quos Chaldæos Babylonij nominant. Hi stellas, sacerdotum in Ægypto Physicorumque et Astrologorum exemplo, observant.* Originem verò et progressum Philosophiæ sacræ Lucianus περὶ Ἀστρολογίας sic plenius describit. *Primum Æthiopes, inquit, motus et proprietates stellarum errantium invenerunt et Astrologiam mortalibus tradiderunt et mox Ægyptijs finitimis artem imperfectam tradiderunt qui eandem in majus provexerunt — Calluerunt autem hæc omnia et Babylonij, atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verum ut ego existimo multo posterius ad hos scientia pervenit. At verò Græci nec ab Æthiopibus nec Ægyptijs de Astrologia quicquam audierunt: verum illis Orpheus Oneagri et Calliopes fillius primus ista monstravit.* Hæc Lucianus. Verum Orpheum scientiam siderum in Ægypto didicisse et translata secum Ægyptiorum mysteria cum græcis hominibus communicasse Diodorus l. c et Eusebius in Præp. Evang. 1. 1 c. 6 abunde satis docent. Herodotus quoque in Euterpe, Plato in <3v> Epinomide, Aristoteles lib. 2. de cælo c. 12, Macrobius l. 1. c. 19 & alij Astronomiam ab Ægyptijs ad Græcos manasse tradunt. Æthiopes verò quos Lucianus motum proprietates stellarum primos invenisse docet & mox Ægyptijs finitimis tradidisse, erant incolæ Ægypti superioris quæ Thebais dicitur. Nam Thebaida in historijs antiquis Æthiopiam dictam fuisse Marshamus (in Canone Chronico ex Eustalthio, Homero, Philostrato & alijs authoribus probat. Sed et in Æthiopia illa quæ Thebaidi ad austrum contermina est, quæque as Phylas incipiens et ad utramque Nili ripam jacetis in longum porrigitur pro more Ægypti et æquis similiter irriga est et cujus urbs principalis et regia in insula meroe sita a Thebis non longe distat, Philosophia sacra ab initio floruisse videtur. Nam Æthiopes illi circumcidebantur perinde ac Ægyptij et similibus utebantur legibus tam sacris quam politicis uti Diodorus notat, et ni fallor ab Ægyptijs oriundi erant, Osiride coloniam illic deducente quo tempore in Æthiopiam profectus esse memoratur. Scribit Diodorus linguam vulgarem horum Æthiopum eandem fuisse cum lingua sacra Ægyptiorum et inde concludit Ægyptios sacra sua ab his Æthiopibus edoctos fuisse At suspicor linguam illam sacram sub initio tam Ægyptijs quam Æthiopibus vulgarem fuisse, in Ægypto autem per incursiones Babyloniorum, Persarum et Græcorum ante tempora Diodori exolevisse, nisi quatenus in libris sacris et historicis conservabatur; perinde ut in linguis doctorum tam orienta libus quàm Græca et Latina jam factum videmus. < text from f 3r resumes >

Planetas autem et Elementa quæ per Deorum nomina significantur Ægyptij numerabant hoc ordine ^a Saturnum, Iovem, Martem, Venerem, a Mercurium, Solem, Lunam, Ignem, Aerem, Aquam, Terram. Tellus quæ per Elementa quatuor adumbratur Quinta essentia est es numerum duodenarium complet. His duodecim <4r> comprehenditur. Philosophia tota, dum stellæ Astronomiam, et Elementa quatuor Physiologiam reliquiam adumbrent. Pro Dijs autem habiti sunt quod ab ijs humana omnia regi credebatur. Nam Philastrius Brixienis affirmat *Hermem definivisse secundum septem stellas hominum generationem consistere*. Et Clemens Alexandrinus *Ægyptios primos Astrologiam inter homines intulisse; similiter et Chaldæos*. Et Herodotus ab *Ægyptijs excogitatum esse, quis mensis, diesve, cujusque sit Deorum et quo quis die genitus, qualia fortietur et quam mortem abibit et qualis vixerit*. Per Deos Ægyptios Herodotus hic intelligit Planetas. Nam dies Deorum sunt dies septimanæ a VII Planetis denominati. His Planetæ in genethliaca Ægyptiorum arte tanquam Dij quidam præficiantur. Vnde Dio Cassius: *Quod verò Dies assignantur septem stellis quæ Planetæ vocantur id certè inventum est Ægyptiorum*. Et quemadmodum septem Planetis dies totidem tribuuntur, sic etiam annum inter Deos duodecim pari mensium numero divisum fuisse docent verba novissima Herodoti. <insertion from f 3v > <Et par est ratio signorum Zodiaci quibus menses respondent. Ægyptijs enim priscis Dodecatemoria signiferi θεοὶ Βουλαῖοι Dij Consentes, Planetæ verò ραβδοφόροι Lictores, qui accensi Solis consistorio adstent, censebantur, teste vetere ad Apollonij Rhodij Argonauticon IV Scholiaste. < text from 4r resumes > Sic etiam Chaldæi (ut Diodorus Lib. 2 affirmat) *Deos Principes numerabant duodecim et singulis mensem et de duodecim Zodiaci signis unum attribuebant*.

Eundem Deorum numorum Latini etiam tenuere; Deosque Consentes nominarunt, quasi Iupiter absque eorum consensu nihil ageret. Dij etiam selecti et majorum Gentium et semper cælestes appellati sunt: cum cæteri qui ex hominibus ob merita in cælum evecti sunt, semidei <5r> Indigetes, Semones, Minores, et minorum Gentium nominarentur. Deo consentes Ennius recenset hoc disticho.

Iuno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo. At Vestam Plato de cætu Deorum duodecim excludit. Plato *Magnus*, inquit, *Dux in cælis Iupiter, volucrem agens currum primus incedit omnia administrans et procurans. Hunc sequitur Deorum et Divorum cætus undenas in partes distributus. Nam Vesta in domo Deorum manet sola*. Eandem quoque Ægyptijs ignotam fuisse testatur Herodotus, qui tamen nomina Deorum duodecim ab ipsis inventa esse scribit. Nimirum Vulcanus apud Ægyptios Hermaphroditus erat (ut refert Horus Apollo) ideoque ab Europæis nunc mas constitutus est sub nomine Ἡφαίστου nunc fæmina sub nomine Vestæ: Ægyptij autem Deam ignis a Vulcano diversam ignorabant. Igitur Vesta ad Vulcanum referri debet et Saturnus ad complendum numerum duodenarium in catalogum Ennij introduci. Nam Saturnum inter Deos primos Ægyptios, Manetho (apud Eusebium) numerat. Sic in disticho Ennij Deos omnes Ægyptios reperiemus, nempe Planetas Septem Saturnum, Iovem, Martem, Venerem, Mercurium, Apollinem, Dianam, et Elementa quatuor Vulcanum, Minervam, Neptunum, Cererem & Terræ Globum Iunonem. Iuno a nonnullis ad aerem refertur, sic autem conicidet cum Minerva. Nam Minerva Ægyptijs aer est teste Eusebio lib. 3 Præp. Evangel. cap. 2 ubi cum dixisset Osiridem ijs esse Solem, Isidem Lunam, Iovem Spiritum cuncta pervadentem, Vulcanum Ignem, Oceanum

humorem ac Nilum, subdit ista: τὸν δὲ Ἄερα φασὶν αὐτοῦς <6r> προσαγορέειν Ἀθηναίαν: *Aera verò aiunt ad ijs Minervam vocari. Sic et Diodorus: Aeri porrò Minervæ Nomen attribunt [Ægyptij] Iovisque filiam hanc et Virginem putari eò quod aer natura corruptioninon obnoxius sit et summum universi mundi locum occupet.* Similiter Augustinus: *Si ætheris partem superiorem Minervam tenere dicunt et hac occasione fingere Poetas quod de Iovis capite nata sit, cur non ergo ipsa potiùs Deorum regina deputatur, quod sit Iove superior?* ^[3] Reliquium est igitur ut Iuno sit Terra. Ad Lunam enim non refertur nisi ubi Iupiter pro sole accipitur? Luna autem hic per Dianam significatur. Iupiter verò sive Solem significat sive Planetam proprium, constantissime ad Cælum refertur, et Cæli uxor, ex veterum traditione, Terra est. Vnde Atheniensibus Cælum et Terra erant Dij nuptiales. Sic Proclus in Timæum Planomis correxent. v: *Ac videntur, ait, idcirco et Cælo illi et Telluri, convenire nuptiæ quia in his imaginem sit videre Cæli hujus et Telluris. Cujus gnaræ Atheniensium Leges statuerunt, ut ante nuptias Cæo et Telluri sacra fierent.* Iunonem autem pro Terra sumi D. ^[4] Augustinus ex Virgilis et Philosophorum libris sic docet. *Quid, ait, indignum dicitur cum Iupiter et Iuno nati dicuntur ex tempore si cælum est ille et illa terra, cum facta sint utique Cælum et terra. Nam hoc quoque in libris suis habent eorum docti atque sapientes. Neque de fagmentis poeticis sed de Philosophorum libris a Vergilio dictum est*

Tum pater omnipotens fæcundis imbribus æther

Conjugis in gremium lætæ descendit:

id est in gremium telluris aut Terræ Ita ille. Sed et Varro l. 3 de lingua latina Iunonem Terram et Tellurem <7r> esse dicit. Plutarchus quoque (sicut est in Preparatio {de veriti} {te Evange}lica^[Editorial Note 1] Eusebij) Iunonem Terram et nuptialem viri et fæmin{æ} conjunctionem interpretatur. Servius ait Iovem pro æthere et aere poni, Iunonem pro Terra et Aqua. Et Horus Apollo quòd apud Ægyptios Minerva quidem superius Cæli hemisphærium occupat, Iuno verò inferius.

Cum Saturnus ab Ennio milleretur et Deus idem naturalis diversis in regionibus sub diversis nominibus sæpissimè coleretur, factum est tandem ut Latini ad Deos duodecim Ennianos adderent alios octo Saturnum, Solem, Lunam, Tellurem, Plutonem, Liberum, Ianum et Genium, et sic Deos omninò viginti selectos constituerent. Verum Sol concidit cum Apolline, Luna cum Diana, Tellus et Pluto cum Cerere, Liber cum Marte, et Ianus, ut aliqui volunt, cum Sole, vel potius cum Ægyptiorum, bifronte Saturno. Solus restat Genius, quem Romana superstitio selectis addidisse videtur, quique nihil aliud est quam personæ vel urbis vel regionis alicujus spiritus custos. Latinis igitur Deos Principes duodecim et non plures colebant præter spurium illum Deum Genium, et Vestam Deam quæ a reliquorum cælo excluditur, et sola in Domo Deorum manere fingitur, ne numerum duodenarium perturbet. Et quemadmodum Ægyptij et Chaldæi menses Anni inter Deos hosce distribuerunt sic etiam Latini sub initio videntur fecisse. Ovidius dicit quod ante tempora Numæ Pompilis.

Martis erat primus Mensis, Venerisque secundus, nimirum Aprilis ab ἀφροδῖς Spuma. Vnde Ἀφροδίτη Venus Mensem Maias Mercurio Maiæ filio sacrum fuisse Diodorus

prodidit. Iunius forsan a Iunone dictus. Sic etiam Græcorum et aliarum Gentium Mensibus indita sunt Deorum nomina: ut Macedonum Mensibus Hermæo, Panemo, Damatrio, Syrorum Mensibus Thaminuz et Canum seu Canaan,

<7v>

Cap. 2.

Quod Hominum post Diluvium primorum memoria in astris et Elementis colebatur, quodque homines illa ætatibus tribus primus et quarta jam verò Deorum cælestium nonisina ab hominibus desumpta sunt. Nam

<8r>

Esse dicit Plutarchus quoque (sicut est in Præparatione Evangelica Eusebij) Iunonem terram et nuptialem viri et fæminæ conjunctionem interpretatur. Servius ait Iovem pro æthere et aere poni, Iunonem pro Terra et Aqua. Et Horus Apollo quod apud Ægyptios Minervaquidem Cæli hemisphærium occupat, Iuno verò inferius.

Cum Ennius Saturnum omisisset, et Deus idem naturalis diversis in regionibus sub diversis Nominibus Sæpissimè Nam Phut פוט liter {o} s ט & צ invicem permutantis fit פוצ dispersus ♦ Geogr coleretur, factum est tandem ut Latin ad Deos duodecim Ennianos adderent alios octo Saturnum, Solem, Lunam, Tellurem, Plutonem, Liberum, Ianum Geminum, et sic Deos omminò viginti selectos constituerent. Verum Sol concidit cum Apolline, Luna cum Diana, Tellus et Pluto cum Iunone, Liber cum Sole et Ianus, ut aliqui volunt cum Sole vel potius cum Ægyptiorum bifronta Saturno. Solus restat Gemius, quem Romana superstitione selectis addidisse videtur, quique nihil aliud est quàm personæ vel urbis vel regionis alicujus spiritus – cultos Latini igitur Deos Principes duodecim et non plures colebant præter spurnum illum Deum Gemum et Vestam Deam quæ a reliquorum cæ{i} excluditur et sola in Domo Deorum manere fingitur ne numerum duodenarium perturbat. Typhonem in Monte {Ama} jacere et ignes evovere vel in lacu quodam Ægyptiaco vapores nocios semillere apertè sunt poetica. A פוצ fit נפוצ et נפט Naphat dispersus et נפטו Naphtu dispersi sunt. Vnde rediissè Nephtjs Typhonis uxor Et Neptunus Latinorum. Et quemadmodum Ioven intellige Chaldæorum. Ægyptij et Chaldæi menses Anni inter Deos hoser distribuerunt, sic etiam Latini sub initio videntur fecisse Ovidius dicit quod ante tempora Numæ Pompili.

Martis erat primus Mensis, Venerisque secundus, nimirum Aprilis Α αργός spuma. Vnde Αφροίτα Venus. Mensem Dracones autem et serpentes ad Africam spectare quis non videt. Masas Mercurio Masæ filio Sacrum fuisse Diodorus prodidit. Iunius {forsan} {in} Iunone dictus. Sic etiam Græcorum et aliarum Gentium Mensibus quib{usta} inclita sunt Deorum nomina: ut Macedonum mensibus Dio Artemisio, et Panemo, Thebanorum mensibus Hermæo, Panemo, Damatrio, Syrorum mensibus Thammuz et Canun en Canaan, <11r> Ægyptiorum Mensibus Thoth, Athyr et Messori. Vnde verisimile est quod

menses omnes nomina sua a Dija duodecim apud Gentes varias sub initio habuere. Annus enim ab Astronomis constitutus est, et propterea Nomina Astronomica partibus ejus sub initio sunt imposita.

Deorum verò nomina ab hominibus desumpta sunt. Nam quemadmodum Galilæus Sidera Circum-Iovialia in honorem et memoriam benefactorum suorum Medicea nominavit, & alij nomina Clarissimorum hominum in Lunam, sic Veteres Nomina Majorum suorum Urbibus, populis, montibus, fluvijis, Terris. elementis, Asterismis & Planetis imposuerunt. Sic Stellæ Soli & Lunæ indita sunt nomina Ori et Bubastis seu Apollinis ac Dianæ Iuvenum Ægyptiorum, Stellæ Mercurij impositum est nomen hominis illius Thoth a quo Ægyptij scientias acceperant, Veneri datum est nomen fæminæ cum jusdam libidosæ, Marti nomen Bellatoris alicujus egregij, Igni nomen Artificis Vulcani quinque stellis Hyadum et septem stellis Pleiadum nomina duodecim filiarum Atlantis quæ erant Phæsylla, Ambrosia, Coronis, Eudora & Polyxo; deinde electra, Alcyone, Celeno, Merope, Sterope, Taygeta & Maia. Et sic in cæteris. *Barbarorum*, ait Philo Byblius, *antiquissimi, Phæmices imprimis et Ægyptij a quibus cæteri deinceps populi morem illum accepere, im maximorum Deorum loco eos omnis habuere, qui res ad vitam agendam necessarias invenissent, quique benefici beneficium aliquod in genus hominum contutissent. In quo quidem eximium illud fuit, quod regum suorum nomina universi hujus elementis et quibusdam eorum quos Deos esse reputabant, imponent. Naturales autem Deos Solem Lunam reliquasque stellas errantes cum elementis ac cæteris cum ijsdem affinitate conjunctis, solos ex omnibus agnoscebant, ut mortales quidem alios, alios autem immortales Deos haberent.* Hæc Philo ex Sanchomiathone apud Euseb. Præp. Evang. l. 1, c.9.

<12r>

Saturnum esse Noachum Bochartus in Geographia Sacra abunde satis probavit. Idem etiam de Iano vetustissimo Italorum Deo intelligendum est. Saturnus Deus erat temporis et in Orphicis dicitur *παγγενέτωρ* et *γενάρχης* et ejus uxor Rhea *Μητήρ μέντε θεων ἠδὲ θνητων ἀνθρώπων* et ab Ægyptijs pingebatur cum oculis ante et post quasi et ante diluvium et post vidisset. Ianus etiam Deus erat anni et temporis et a Septimio apud Terentium Maurum nominatur rerum fator et principium Deorum, et cum facie gemina pingebatur. Quæ omnia de Noacho solo intelligi possunt, viro præ cæteris longævo, et mortalium omnium patre. [Fradebant^d Ægyptij Deorum antiquissimos annis mille et ducentis et posteriores non infra trecentos annos regnasse. Tantam autem longævitatem solus Noachus cum filijs est Nepotibus affigit.] Saturnus et Rhea cum Dijs reliquis contemporaneis a Philosophis et Poetis ex Oceano orti dicuntur. Vnde et Ægyptij pingebant Deos suos in navi super aquas. Et nummus olim olim cudebatur in Italia^{a[5]} cum Iani vultu gemino ex una parte et effigie navis ex altero. Spectant hæc apertè ad diluvium. Vt Noe primus fuit Agricola, vineam plantavit, et inebriatus fuit, ita Saturnus omnium primus agriculturam docuit (unde falce donatus est) et ebrietati præfuit (unde Saturnalia:) Et Ianus pariter dictus fuit^{b[6]} Consivins a conferendo et Nomen buit vini *ἰν* jam *ὄνοσ* Vinum. Vnde etiam Italiæ pars [] Oenotria, Præterea Saturnus lata lege sancisse dicitur nequis Deos nudos impunè contempletur. 'Respicit hoc ad impietatem Chami patrem nudum contemplantis. In Saturnalibus Domini serviebant servis. Id factum

videtur in memoriam maledictionis Chami vod vel servus servorum. Saturnus Rex erat orbis totius et regnabat toto aurea fæculo quod fuit omnium primum et longe fælicissim <12v> Nam virentia solummodo et {illeg}rimited {t}erræ so{illeg} tanquam gelationis auctori, igne hocce sacro sub initio litabantur. Quemadmum autem Canaam a prytaneis Ηφασοι dictus est, sic etiam ab Aris Busiridis Busiris nominari potuit.

<13r>

Sub ejus imperio pax summa nec nullus labor aut ærumna Omnia erant communia et indivisa. Tantæ erat justiciæ ut neque sub eo servierit quisquam neque quicquam privatæ rei habuerit. Terra nondum limitibus partita. Quæ omnia de Noacho verissima sunt. Abydenus autem qui ex Medorum et Persarum monumentis historiam texuit, postquam structuram et versionem Turris Babylonicæ et hominum dispersionem descripserat, subjungit: Homines

<13v>

Dei Alba Palestino sacra Columbia suo Tibul. l. 1 Palestinorum etiam Deus singularis erat Dagon, Iud 16. 23. 1 Sam. 5. 1 Mac. 10. 23 Iosh. 15. 41. Hjusic Philo Byblius a a *dagan* frument derivat, sed alijo ex Iudæorum traditionibus docent semipiscem fuisse docent ideoque a *dag* pisce nomen accepisse. Deus igitur marinus est adeoque Phænicum pater Canaan qui primus omnium navigavit Nam et Sanchumiatho facit Dagon fratrem Atlantis, et eo nomine filium Chami. Beel enim cum nominibus Deorum Principum & locorum componi. notissimum, ut in nominibus , Beelzebub, Baal-peor, Ball-zephon, Beel-zebub, Beel semen, Baalhermon, Baalgath, Baalthamar. Tubal cain qui vulgo pro Vulcæno habetur, nec erat filius Iovis et Iunonis, nec Veneris maritus, neque cum Dijs Ægyptijs commercium habuit, ideoque ad Philosophiam Ægyptiensem nil spectat. Si Canaan in Ægyptum unquam navigavit hic erit etiam Ægyptiorum Deus Canobus. Nam Canobus est rector Navis (non ejus quæ Menalaum vexit ut Græci fabulantur sed) primæ nomium quæ ad Ægyptum appulit. Vnde Nili ostium Canonicum dictum ubi navis appulit et asterismus Canobo dictus in Ægyptiorum. sphæra. Quæ duo monumenta antiquatem summam Dei hujus testantur. כנע alef;וב; Cana-ob, Canobus id est Cana uter, Cana cum tumido ventre. Vt primi per Centauros & Venus. apud Phænius per Syrenem sic tanquam ventre per Canobum humana capite & ingenti vente de Cineatus est. Sed unde Canaan Busiris diceretur adhuc quæro. צר יאבו Abumim Sar id est Eheu Sar vox est populi Osirin vehementir lugentis. Inde

Chanaan (ob {Paties} Noachi prophetiam quod foret servas servorum) a כנע Chana *humili*, *abjecto*, dictum volunt, adjecta litera Charistica seu Heemantica]. et cum appellatione Domini, Beel Cana, Belcana, Vulcanus.

ignis sacer {et} ara et locus totus ubi homines rufi Osiridi olim immolabantur dicta sunt Busiridis, Nam Strabo Regem Ægyptum fuisse negat: Busiridem Quis illaudati nescit Busiridis aras. Virgit Georg.3. Et Diodoru fatetur nomen non regi alicui sed tumulo Osiridis competere. Dicunt, inquit, homines – – – Marshap p 79 – – habuit. (ut est {Cappit{illeg} Gradasi} ita חא אש Esta – thalamum vel excubitorum ignis significat unde

Græcorum Ἡστία; et תא אש אפ Ef-Es-ta Excubitorum ignis virentium est, unde Εφαισος et Vesta. Nam

<14r>

quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, multiplicem ne discrepantem ex eo vocem emisisse ac postmodum Saturnum inter ac Titana bellum esse conflatum. Cum Noe jam de regno fui pelleretur, credendum est quod aliquo fugerit. Et fama perantiqua est quod in Italia subinde latuit. Inde nomen Saturni a סתר Satar latere. Et Italiæ nomen Cittim a כתיים occultus latens (ut Bochartus in Geor. 1. 3. c. 5. fusè exposuit) Pro Cittim autem Latini proprio Sermone dicunt Latium. Quo tempore Saturnus ad Italiam appulit. Ianum volunt ibi regnasse, ideoque Ianus aut Rex antiquior est aut verius Rex idem cum Saturno. Ante Saturnum Deus penes vos nemo est: Tertull. Apolog. c. 10. Saturnus ac Orientalibus Chiun et Chiwan appellatus fuit, quæ nomina ab ἰαν non multum differunt: ἰαν verò dialecto Latina Ianus est.

Iam verò Iovem esse Ham perspicuum est Herodotus in Euterpe Ἄμμουν Ægyptij Iovem vocant Plutarchus in Iside: plurius sentiunt proprium apud Ægyptios nomen esse Ἄμμουν quod Hammonem dicimus Hesijctius: Ἄμμους ὁ Ζεὺς, Ἀριστοτέλει: Hammus est Iupiter Secundum Aristotelem. *Hic est Syrorum Deus Thamuz Ezek. 8. 11* Plato in phædro discerens de Thoth; *Erat, inquit, hinc totius Ægypti Rex* ^[8] *Thamus in magna Superioris regionis urbe quam græci vocant Thebas Ægyptias ipsumque appellant Deum Hammem.* Ab eo et Noe conjunctim et nomen urbis illius fuit No (Ezek 30. 14, 15, 16) et No-Amon (Nahum 3. 8) et Hamon-No vel Amonde No (Ezek. 30. 15 Ier. 46. 25) Hanc Septuaginta Diospolin id est urbem Jovis interpretantur. Porrò Deum hunc per omnes Chamo concessas terras celebratum fuisse docent tum a ^[9] varia per Africam et Arabiam a Chamo denominata loca, tum Africæ totius nomen antiquum ^{b[10]} Ammona tum etiam Gentium illarum Deus communis Hammon. Luciamus Lib. 9

Quamvis Æthiopum populis Arabumque beatis

Gentibus atque Indis unus sit Jupiter Ammon

<15r>

Ægyptiorum mensibus Thoth Altyr et Messori Vnde verisimile est quod menses omnis nomina sua a Dija duodecim apud Gentes varias sub initio habuere. Annus enim ab Astronomis constitutus est, et propterea nomina Astronomica partibus ejus sub initio sunt imposita.

Deorum vero nomina ab hominibus desumpta sunt. . Vidimus enim nuper quod Galilæus Sidera Circum-Jovialia in honorem et memoriam benefactorum suorum Medicea nominavit, quodque nomina Clarissimorum hominum ab alijs translata sint in Lunam. In Asterismis etiam memoria quorundam hominum conservari cerminus. Quo consilio recentiores hæc fecerint, eodem homines vetustissimi nomina Majorum suorum urbibus regionibus, elementis. et stellis imposuerunt. Sic Mercurio Planetæ impositum est nomen

hominis illius Thoth a quo Ægyptij scientias acceperant. Soli Lunæ et Terræ indita sunt nomina Ori Isidis et Osiridis Regum Ægypti, Jovi nomen Hammun, id est Ham filij Noe. Jam vero Jovem esse Ham perspicuum est Herodotus in Euterpe Ἄμμουν Ægyptij Jovem vocant. Hesychius. Ἄμμους ὁ Ζεὺς, Ἀριστοτέλει Hammus est Jupiter secundum Aristotelem. Hic est Syrorum Deus Thamuz Ezek. 8. 14. Plato in Phædro discerens de Thoth; Erat, inquit, tunc totius Ægypti Rex Thamus in magna superioris regionis urbe quam Græci vocant Thebas Ægyptias ipsumque appellant Deum Hammonem. Ab eo et Noe conjunctim urbe olim regia Ægypti nominata No (Ezek 30. 14, 15, 16) et No-Amon (Nahum 3. 8) et Hamon-No (Ezek 30, 15) et Amon de No (Jer. 46. 25) Hanc Septuaginta Diospolin id est urbem Jovis est Thebas interpretantur et Nomen idem per omnes Chamo concessas terras celebratum fuisse docent tum ^{b[11]} varia per Africam et Arabiam loca ince denominata, tum Africæ totius nomen antiquum ^{a[12]} Ammonia tum etiam Gentium illarum Deus communis Hammon. Lucianus lib. 9

Quamvis Æthiopum populis Arabumque beatis

Gentibus atque Indis unus sit Iupiter Ammon

<15v>

consens dicit quod Cælo nati sunt filij Saturnus, Belulus, Dagon et Atlas. Ex numero filiorum colligo Cælum hic esse Chamum. Assyrijs quibus Iupiter fuit Belus, Saturnus erat Chus, et Cælus Chamus. Dagon ibi exponitur Σιτῶ hoc est Deus frumenti et propterea erat Osiris. Hic est Philistæorum Deus 1 Sam. 1. Horum igitur frater. Atlas est Phut. Nam Atlantem quoque in Mauritania vixisse constat tum ex ejus nomine monibus istius regionis et mari Atlantico imposito, quam ex populis Atlantijs quos Diodorus ibi collocat. Sed et virum strenuum fuisse docet figmentum quod cælum humeris sustinet. Et nomen Atlasitis seu Hatal Ante seu id est התל Ante seu Atal-Antis id est התל Antis, falsum Antem, significat. Atlas autem contracte dicitur pro Atlantes. sunt igitur Atlas et Ante vel Antæus nomen idem: et mare Atlanticum idem sonat ac si dicas mare perfidi Antæu {illeg} Ita loqui amabant Ægyptij ob insidias structas Osiridi. Et Imponendo nomen Atlantis Oceano designabant hunc este Deum Maris: Nam omnia maria innavigabilia a veteribus Atlantica vocari tradit suidas. Vnde Strabo sensibit Indiam desinere admare Orientale et ad austrinum Atlantici partem et alibi alt ejus australe et orientale latus in man Atlanticum procure re & alio in loco Atlanticum mare in se coire. Zosimus scribit rhenum fluvium se in Atlanticum mare exontrare quod nunc Germanicum vocatur.. In somnio Scipionis dicitur omnem terram quæ a nobis colitur Atlantico man quæm Oceanum appella muc circum fundi. Iulius Firmicus & Author libri de mundo qui Aristoteli adscribitur dicunt universam terram in morem Insulæ ab Atlantico mari ambiri. Herodotus mare omne pro Atlantico habuit præter Caspium, Rubrum et mare quod græci navi gant id est mediterraneam. Igitur veteres Oceanum universum dicaverunt Atlanti et propterea hic est veterum Neptunus verissimus, et eo nomins Ægyptorum Typhon

Denique Phut et Neptunum et Typhona colligitur etiam ex eorum nominibus. Phut est פוט et (literis צ et ט invicem פוצ dispersus, permutatis) dissipatus, contritus et confractus cum dispersione literis nimirum פ et צ invicem permutatis ut sæpe fit. Hercules Victos

dispersit et ad invicem distraxit, collocando Typhonem in ultimis terris ne bellyn renovaret. Nam

A Phut vel Put formatur etiam Græcorum Pytho et literis invers Typho. Nam græci Typhonem et Pijthonem promiscue dicunt. Ab Ægyptijs vocatur ut plurimum Seth, nonnunquam Bubon et Sony: quæ nomina, inquit Plutarchus, ; Dicitur autem Seth, a πηθ potavit compotavit. , Est enim Pr{e}ses aquarum et convi{vac}s suffocat ut in casu Osididis et forte græcorum ποσειδων παρα τὸ πόσιν δουναι. Inde Lycarnis fabula. Bebon verò apud serpentem vel Draconem significato [ut Bochartus in Geographia sua] {docuit} et inde Ægyptijs {illeg} Elementum aqûæ per serpantes nin gentibus Græci finxerunt Pythonem esse Draconem ingentis magnitudinis ab Apolline casum .

[Editorial Note 2] <16r>

Hunc esse Men vel Menem regem primum Ægyptium jam statuunt Chronologi. ^{a[13]} Eratosthenis ait Menes ἐρμηνεύεται Διόνι{σ}ος

Iam verò si Iupiter sit Ham, Saturnus erit Noe. Priscus Italarum Deus Ianua (a quos Mensis Ianuarius) Deus eras ^{a[14]} anni et temporis et a Septimio apud Terentianum Manrum nominatur rerum Sator et principium Deorum, sed et cum gemina facie pingebatur ad instar Saturnij Ægyptij: Vnde liquet hunc esse Saturnum. Priscum item Italiæ nomen Oenotria (ex authore gentis proculdubio desumptum) indicare videtur quod Ianua et Ὀινοϋ vinum, vel Ὀινῆ vitis, ex eadem sint radice. Vinum Hebraicè יין jain. Et Ianus cognominatur ^{b[15]} Consivius a conserendo. Vtrum nomina illa ex Noe per Syllabarum transpositionem formata sint viderint alij. Hic enim Vineam primus plantavit. Literas autem in formatime nominum, a veteribus frequenter transpositas fuisse jamdudum observarunt Critici.

<17r>

Orbe inter Saturni filios diviso, concipe Chamum cùm suis ex Babylonia in Ægyptum vemisse, terram cæteris noribus quæ ipsi obligerant, ob solum fertile, præferendam. Nam quemadmodum Plato dicit hunc in Ægypto regnasse, [et sic Ægyptus a Chamo olim dicta fuit Chamia vel Chemia et in Sacris literis terra Cham; et habitatio Cham; sed et vestigia nomenis Chami frequentins occurrunt in Ægypto quam in alijs regionibus: ut in Vrbe No Ammon, in Nomis Chemmis, Psochemmis, Psitachemmis, in ^{a[16]} Hammonis delubro quodam in Merse Nili insula sito, in insula ^{b[17]} Chemmis, in ^{c[18]} Thebaidis Vrbe Chemmis, in ^{d[19]} pago Chemmis. Ibi vixit etiam Mercurius cujus consilij et ministerio Iovem semper usum fuisse prædicant. Ibi quoque aratrum et fruges ab Osiride et Iside primum inventa traduntur cum prius spontaneos terræ fructus et quicquid arbores et vites ferebant solummodo comederent. Aruges verò in argenteo fæculo inventas esse diximæs. Primum etiam bellum quod argenteo fæculo finem imposunt, gestum suit in Ægypto, , idque inter filios Chami ob alimenta patris, ut mox dicetur. De his ætatibus andiamus quid Veteres tradiderunt

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso

<18r>

pertinebat ad huc regnans in Tartarum mitti fingitur. Iupiter patri bellum intulisse dicitur vel quod excussio jugi paterni et discessio in Ægyptum cum dissidio aliquo conjuncta fuerat, vel quod bellum Nimrodi (qui etiam Iupiter ab Assyrijs dictus fuit) cum actionibus Iovis Hammonis tandem confunderetur. Ætates verò sic distingui intelligas, ut cum novis regibus & novis Imperiis nova ætas semper incipiat. Quam dim omnes sub imperio Noachi in Babylonia vivebant duravit ætas aurea. Cum divisione terræ et imperio Chami in Ægypto cæpit ætas argentea. Filijs Chami in terras diversas fibi postea apatre concessas secedentibus et regna nova scorsim inchoantibus cæpit ætas ænea: duarto loco regnavit Belas Chami nepos, qui ^{a[20]} primus ferro belligeratus est et orbem totum multiplici bello commovendo, imperium Assyriorum condidit.

De duro est ultima ferro ✦ < insertion from f 17v > ✦ < text from f 18r resumes >

Iam verò quomodo regnum Iovis inter filios ejus divisum fuit Diodorus sic describit. Osiris rebus Ægypti *constitutis et totius regni administratione Isidi uxori in manus tradita consiliarium ei Mercurium adjunxit quod prudentia cæteros antestaret omnes. Imperatorem verò ditioni quæ reliquit, Herculem genere propinquum cundisque ob fortitudinem et corporis robur dudpiciendum, at tractibus qui ad Phæniciam inclinant et locis maritimis Busirin, Æthiopiæ et Libyæ Antæum curatores dedit. Tum ipse iter [in Æthiopiam] suscepit fratre comitatus quem Græci Apollinem vocant.* Quomiam Cham et Osiris simul regnabant in Ægypto Diodorus domnum utriusque confundit inter se et , filio attribuit quæ pater gessit. Intelligas itgitur non Osiridem sed Chamum distribuisse terras inter subditos sicos et præfecisse Busiriden Phænicia, Antæum Libyæ et partibus Occidentalibus Æthiopiæ et Osiridem Ægypto et partibus Æthiopiæ ad austrum, dem Osiridem una cum filio suo Apolline colonias deduxisse in partes Æthiopiæ quæ ipsi obtigerant. Nam Apollo, hic est Horus Ægyptij et Horus non erat frater sed filius Osiridis, uti Diodorus verbis proximis docet, consentientibus eitam alijs Scriptoribus. < insertion from f 18v > ✦ < text from f 18r resumes > <28r> <29r>

De Osiride res pluribus argumentis stabilitur Nam ut Misraim fuit Ægypti totius Rex et pater, sic etiam Osiris. Nam Ægyptij omnes Osirim et Isim tanquam communis Ægypti totius parentes quàm religiosissime colebant Testis est Herodotus l. 2: *Ægyptij, ait, non colunt similiter deos eosdem præter Isim et Osirim.* Quam latè diffusa fuit Posteritas Misraim tam late propagatus fuit horum nominum cultus et vix ultra. Sepulchra eorum religiose as servabantur et rerum ab ipsis gestarum ostendebantur loca. Vrbes Ægyptiorum omnium antiquissimæ ab ipsis & eorum æqualibus. conditæ sunt ✦ < insertion from right margin of f 29r > ✦ ut Thæbæ a Misraim & Bubaste in inferiori Ægypto ab Iside. < text from f 29r resumes > & leges Ægyptiacæ primum ab Iside positæ dicuntur. Porro) traebant. In memoriam inventionis frugum et aratri ^{a[22]} invocabant semper Isidem tempore messis, et in festo Isidis b vascula tritici et hordei circumferebant. Ideò Serapidis etiam idolune gestabat modium frumenti in Capite, et Boves quibus terra colebatur, tam Isidi quam Osiridi magna cum solemnitate consecrabantur. Vnde cùm fruges in ætate argentea inventæ dicantur, consequens est ut Osiris hinc vixerit, et propterea sit ipse Misraim; <30r> Misraim et uxoris ejus, in varia regna, pro more

aliarum antiquissimarum gentium, abierit, ut aliquorum est opinio. Notandum tamen est quod Misraim sit nomen duale et non tam patrem populi quàm populum ipsum significet, nempe duplicem Ægyptum, hanc inferiorem ubi Pastores aliquando regnabant, illam superiorem quæ Thebais dicitur. A nomine singulari mensis ultimus Ægyptius dictus fuit Messori et Ægyptus nonnum quam Masor 2 Reg. 19. 24, Isa. 19. 6, Mich. 9. 12 ejusque Metropolis Alexandria usque hodie a Saracenis a . Maser. Masor a autem seu מצור locum munitum vel angustum significat a primitivo צור Sor coactare: unde צר Sar angustus vel angustia. Ægyptus enim rupibus et fluvio Nilo murebatur undique et quoad latitudinem valde angusta erat. Hinc Ægyptij pro Masor dicebant Sor vel Sir, ut in vocibus Bu-siris, Cala-siris, Pelo-siris, in Nili parte quadam quæ nominabatur Sitis, in Stella Sirio, in Deo Sarapide, . Nilus et Stella Sirij erant Osiridi sacri, et propterea ab ejus nomine Ægyptiaco dicti Siris et Sirius id est, si terminationes a Græcis adjectæ omiffantur, Sir. Vnde Nibus (Ios. 13. 3 et Ier. 2. 18) ab Hebræis dicitur Sihor. Serapis autem erat Ios Osiridi sacer, quem alias Apin nominabant, et voce composita Ser-Apin, id est Osiridis bovem. . Que nomine Idolum Særapidis etiam vocabatur Osiridis igitur nomen Ægyptium erat tam Sir vel Sior quam Misor, pro quo græci (in hujus Dei Sacris solennibus, funebres Ægyptiorum planctus et frequentes Exclamationes צר ארי, O Sariandiendo,) dixerunt Osiris. Plutarchus enim in Iside conqu eritur Nomen Osiris non esse Ægyptium sed a Graecis formatum: at Nomen Sarapis pro Ægyptio agnoscit. Quod si Osiridis Nomen Ægyptium sit Sar vel Sor, et hoc nomen (ut jam ostentum est) idem sit cum Masor; erit Osiris idem cum Masor vel Misraim. His adde quod diodorus dicit Diod I. 1 *Saturnum genuisse, ut fabulantur quidam, Osirin et Isidem, ut verò plurinii asserunt Iovem et Iunonem et ex his natos Osirim Isidem et Typhona.* Scilicet Chaldæis qui per Saturnum intelligunt Hamonem, Osiris et Isis sunt filij Saturni, cæteris sunt <31r> filij Iovis, atque adeo omnium consensu sunt filios Chami Rursus Diodorus lib 1. scribit quod in columnis Isidi et Osiridi in Ægypto erectis Saturnus natu minimus dicitur pater Isidis et Osiridis et Isis mater Ori. Saturnus natu minimus est Chamus, patrè et fratribus omnibus junior. Nam Saturnus Ægyptius Chamo junior nullus est. Columnas autem Babylonij illic imperantibus erectas fuisse credo, ideoque Chamum dictum esse Saturnum natu minimum Nam Babylonij Chasmes erat Saturnus. Porrò Diodorus lib 1. scribit quod Osiris sit filius Iovis regis Ægyptij quem Ammonem vocant. Et Sanchoniatho (Scriptor longe antiquissimus et curiosus originum historicarum investigator) tradit quod Isiris (trium literarum inventor) sit frater illius Χνα Chna qui primus postea Phænix vocatus est Cananei, qui in bellis Iosuae ex omni terra Canaan in Africam migraverant, nominabant Pæni seu phænices et Septuaginta Interpretes pro Canaan substituunt phænicen, et propterea Phænice et terra Canaan voces sunt ejusdem significationis. Vnde Phænix ille primus seu Pater Phænicum idem est cum Chananeorum patre Chanaan hic curli dicto Chna. Nam et terra Chanaan per similem vocis decurtationem olim dicebatur Chna, et populus Chnaus. Stephanus Byzantius in libro de Urbibus: Χνά, ὅπως ἡ φοινίκη ἐχάλειτο, et paulo post τὸ ἐθνικὸν τᾶντης Χνάος. Vox Chanaan perinde ut vox Hamon terminatione heemantica redundat. Vox primitiva est Chana humilis (q. d. servus servorum Gen. 9) et contractè Chna. Igitur Osiris est frater Chanaan et propterea filius Chami et Ægyptiorum pater Misraim. Quod erat indicandum.

Qua hactenus exposita sunt confirmabimus aduc ex Sanchoniathone. Is generationes Deorum a principio mundi recenset et singulis generationibus Deos binos nominans,

generatione decima, loco Xisuthri vel Noe qui Chaldæis et Mosi decimus est ponit Agrum et Agricolam, dicitque Agricolam in veterum libris, Deorum maximum, elogio plane singulari nominari, et ab his duobus Agricolarum et Venatorum genus propagatum esse. quodque filios reliquere *Amynum et Magnum quibus Villarum gregumque alendorum rationes feruntur acceptæ. Ex istis nati Misor et Sydyc, Misor filium Taautum habuit primorum in scribendo Elementorum* <32r> ^a *Agur et Rusticus sive Agricola a quibus Agricolarum et venatorum genus propagatum, filios reliquere Amyna et* ^[23] *Magum quibus villarum gregumque alendorum rationes feruntur acceptæ. Ex istis nati Misor et Sydyc, Misor filium Tssntum habuit primorum in scribendo Elementorum inventorum quem Ægyptij* ^[24] *Thoor Alexandrini Thoyth Græci Hermetem nominarunt.* < insertion from f 30v > [◆] < text from f 32r resumes >

Antæum esse Phut exinde confirmatur quod is non parvæ alicui juxta Ægyptum provinciæ præficiēbatur sed late in Africa imperium exercuit, sedem in Mauritania ad urbem Tingni ab Ægypto longissimè distantem collocans et Gentis illius conditor existens. Plinius: *Tingi quandam ab Antæo conditum: est paulo post de vicinis oppidis Zili et Lixo: Ibi regia Antæi, certamenque cum Hercule et Hesperidum horti.* De his Antæi regnis Lucan [◆]

Inde petit tumulos exesasque undique rupes

Antæi, quæ regna vocat non vana vetustas

<33r>

Plutarchus in Sertorio de Tingi: *Antæum ibi jacere tradunt Libyes et paulo post: Fabulantur Tingitæ Antæo falo, functo uxorem ejus Tin"gem concubuisse cum Hercule, ex quibus editum Sophacen regioni imperasse et oppido matris indivisse nomen. Solimus: Tingi excipit, Mauritanie nunc colonia, cujus primus Author Anttæus est.* At Phut quoque gentem hanc condidit, sedem in {tris} ipsis regionibus collocans ut ex nomine locis imposito colligo. Nam regio hæcce Hebræis dicebatur. Phut, teste Aria Montano in Apparatu suo Biblico. Hieronymus autem (in tradit. Heb.) ait: *Phut Libyæ: a quo et Mauritanie fluvius usque ad præsens Phut dicitur omnisque circa eum regio Phutensis; multi Scriptores tam græci quàm Latini hujus rei testes sunt.* Idem habet Ioseph Antiq. 1. 1. c. 7., Eusebius de locis, et Isidorus originum lib.9. cap.2. Coincidunt igitur Phut et Antæus. Belli verò inter Antæum et Herculem hæc erat origo. Osiris vel uxorem fratris Typhonis vel potius filiam Maiam constupraverat et ex ea supeperat filium ^[25] constupraverat et ex ea supeperat filium anubin. Annis aliquot elapsis Typho fratrem convivio exceptum arcæ includit et Projicit in fluvium Nilum: unde fabula Lycæsis Isis errabunda maritum quævit, arcam ad maris littus ejectam invenit, inventam avehit et noctu in agro deponit. Typho in eandem fortuitò meidens corpus in partes plurimas discindit et Ægypti regnum affectat. Isis dispersas partes recolligit et humat ~ ~ ~ commendatque liberos suos Orum et Bubastem Latonæ matri. Figinet Ægyptij et Latona se cum juvenibus recipit in insulam Nili dictam . Typho omnem peragrans Ægyptum eosdem quærit. Hercules cumcopijs in Ægyptiorum subsidium properat. Pugna dierum plurium fustibus committitur idque ad fluvium Nilum prope vicum Antæam in Arabiæ

parte quæ mari rubro et Nilo interjacet. Typho cum Socijs vincitur et Isidi vinctus traditur. Isis cum filio Oro regnum capessit. Typhonem Isis dimittit. Iterum atque iterum pugnatur. Belu Hercules victum Typhonem in regiones ultimas deportat. Nam Typho idem est cum Antæos et Phut, ut argumentis sequentibus jam probō. Diodorus author es quod Pugna Hori cum Typhone commissa fuit *ad fluvium* [] *prope vicum, qui Antææ nunc nomen habet ab Antæo quem Hercules Osiridis ætate supplicio effecit.* < insertion from f 32v > ♦ Et Hercules apud Ovidium (Melan. l. 9. Fab. 3) ait – sævoque alimenta parentis Antæo eripui – Invasit igitur Antæus in regnum Iovis in Ægypto, et ibi cum Hercule decertavit < text from f 33r resumes > , idque in eodem loco ubi victus est Typho Diversos autem hostes fuisse qui cum eodem Hercule in eodem loco, eadem de causa pugnaverunt & ibidem victi sunt non est verisimile. Bellum Herculis cum Typhone est decantata illa <34r> Veterum Gigantomachia, qua Dij cælestes Iupiter Apollo cæterisque auxiliante Hercule (id est Cham, et Horus cum Locijs auxiliante Chus) Gigantes dominium cæli (id est regnum) affectantes fulmine bellico prostrarunt. Turbarum initium a Pieri filia Ovidinis sic de scribi dicit.^[26]

Bella canit superum falsoque in honore Gigantes

Ponit et extenuat magnorum facta Deorum

Emissumque ima de sede Typhoëa terræ

Calitibus fecisse metum, cunctosque dedisse

Terga fugæ, donec fessos Ægyptia tellus

Ceperit et septem discretus in Ostia Nilus

Hunc quoque terrigenam venisse Typhorea narrat

Et se mentitis superos celasse figuris;

duxque gregis, dixit, fit Iupiter: unde recurvis

Nunc quoque formalus Libys est cum cornibus Ammon

Delius in Corvo, proles Semeleia capro,

ffele Soror Phæbi, nivea Saturnia vacca,

Pisce Soror Caluit, Cyllenius ibidis alis.

Talis fingitur Deorum consternatio, donec Hercules adesset. Nam *consessum est apud omnes*, inquit Diodorus, *quod Dijs cælestibus Hercules in bello Gigantum suppetias tulerit.* ♦ < insertion from f 33v > ♦ Ad eundem fere modum Agatharcides apud Photinum turbas hasce describit. *Minervam*, inquit, *fabulantur quanta quanta est in*

hirundinis corpusculum sese abdidisse & majestatem Iovis in Cygni formammigrasse & Cereris pulcritudinem in turpissimum transijsse habitum. Et Iovem qui pro maximo habetur, amaximè necessario, usoris germano, insidias exportum, est seria tum esse a maxime invisis, Titanibus inquam, qui egressi e vinculis et tenebris & quæ illic est custodia, postquam in fugam coniecto Neptuno receperint. Tum Venerem mortali manu sanciam et Martem ab Ote et Ephialte [Neptum filijs] vinculis constrictum. Et Ditem in regno suo ab Hercule sagittis ictum in maximos incidisse cruciatus Neptunus et Mars hic sunt Typho et Hercules, Titanes dicuntur filij Iovis Ammonis ex uxore Titæa et nonnunquam pro Neptuno et ejus filijs sæpissimè verò (ut in hoc loco) pro Marte et ejus filijs accipiuntur. Dicuntur Iovi invisii ob bella quæ postmodum gesserunt. Ditem id est Misraim seu Ægyptum sagittis suis feriendo In Plutonis autem regnum ablegantur quod nondum. Ægypto egressi habitarent ad locum Acherusiam ubi mortui postea sepulti sunt.

*< text from f 34r resumes > Et quemadmodum Typho vel Typhoens fama populari pro inmani Gigante celebratur sic etiam Antæus. Plutarchus in Sertorio de Tingi: *Antæum ibi jacere tradunt Libyes; ejusque sepulchrum eruit Sertorius non habita barbaris fice ob magnitudinem: et cum incidisset in corpus sexaginta cubitarum longitudinis, ut fama est, obstupuit.* Idem habet Strabo l. 17. Famam andis plusquam poeticam, sed quæ docet bellum Herculis cum Antæo celebrem illam Gigantomachiam fuisse. Hercules et Antæus erant principes populorum duorum et propterea non soli sed una cum copijs suis dimicaverunt. Tali bello Ægyptum omnem perturbari necesse esset. Ægyptij autem nullum aliud hujusmodi bellum agnoscebat præterquam cum Typhone. Sed Nec alius erat hostis quocum Hercules congregaretur præter Canaan de quo posthac dicemus. Chus et Chanaan erant Asiatici. Solus Phut erat Afer et Afrum fuisse quocum Ægyptij decertabant Hyginus fab. 274 sic docet. *Afri, ait, et Ægyptij primum fustibus dimicaverunt; postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est: unde bellum dictum.* Eodem spectat quod Diodorus (lib.3) nicolas interioris Africæ describens, addit: *Hos, fama est, impressiones quondam in Ægyptum facta, magnam terræ partem habitatoribus destituisse:* scilicet per fugam superius descriptam. Huc spectat etiam quod Typho erat Neptunus et Neptunus erat Deus Libycus es Docet enim ^{a[27]} Plutarchus quod Ægyptij Typhonem mare < insertion from f 34v > esse dicunt: ideoque mare anominantur sacerdotes & salem Typhonis ipumam vocant Navium rectores ab ijs non compellatur utpote mari intentes indeque victum suum petentes, eademque potissimum de causa ^{b[28]} piscem aversantur et odium pingendo piscem notant, et extremas terræ partes quæ mare allingunt Typhonis uxorem Nephthin dicunt, < text from f 35r resumes > Igitur Typho est Deus maris Neptunus. Neptunum vero esse Deum Lybicum Herodotus patefecit. *Neptuni nomen, ait, ab initio nulli usurparant præter Libyas qui semper hunc Deum in honore habent. Eum Ægyptij igitur putant esse, sed multo honore prosequuntur.* ut Ægyptij patrem suum Osirim, Assyrij regem suum Belum, Latini patrem Ianum et Gentes singulæ majores suos apprime honorabant, sic Afri Neptunum honorando, hunc sibi patrem vincabant. Porró Veteres < insertion from f 34v > constituendo ^{a[31]} Libyam uxorem Neptuni < text from f 35r resumes > nominando viros fortes et Tyrannos (ut ^{b[32]} Belum et ^{c[33]} Busirin) *Neptum et Libyæ filios,* indicabant uxorem Typhonis Nephthin esse regionem Libyæ. Neptuni autem filios vocabant Tyrannos, quod Neptunus vir fortis esset et seditionum pater.*

Θεοῦς υἱὸς τῶ Ἀττιχοῦ Ἀγγέως &c

Theseus filius erat Attici Ægei Æthraë

Tanquam autem stremum dixerunt filium Neptuni

anima enim elatos cunctos et omnes strenuos,

Filios et amicos amasiosque dicunt Neptuni.

^{d[34]} Agellius autem paulo distinctius: *Præssantissimos, virtute prudentia viribus, Iovis filios Poetæ appellarunt, u Æacum et Minoa & Sarpedona: ferocissimos et immanes et alienos ab omni humanitate, tanquam e mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa et Cercyona et Scyrona et Lestrygonas.* Et Lib. 2 cap. 28: *Antiquissimi Græcorum Neptunum ἐννοσίγαιον χὶ σεισίχθονα appellarunt,* Homerus Il. 3 v 159: ἐυρύσερνον, *lato pectore* Neptunum vocat. Neptunus igitur vir fortissimus erat, sed ferox et immanis, qualis Typho describi solet. Libycum fuisse Typhonem innotescit etiam ex inventione et usa equorum et curruen.^{g[35]} Equi enim a Neptuno primum domiti sunt et equestris rei scientia ab eo tradita: unde Hippins, id est equestris nominatur, et ^{h[36]} Plutarchus <36r> ex disciplina Ægyptiorum scribit ursam esse constellationem Typhonis clr. < insertion from f 35v > – clauque Lycaonis arcton ^{i[37]} Virgilius tandem appellat. Nam Typho qui convivas perfide occidit & in frustra discidit, Lijcaon est: unde nomen apollinus ^{k[38]} Lycij. Per ursam vero et arcton < text from f 36r resumes > pjastrum intelligunt, nam ursam est constellatio recentior a Græcis excogitata. Achilles Tatius in εἰσαγωγή ad Phænomena Arati; *In Sphæra Ægyptiaca neque Draco censetur and nominatur, neque Vrsæ neque Cepheus: sed aliæ formæ alia nomina sunt indita Simulachris. Ita etiam in Chaldæorum sphæra.* Equi igitur et Plastrum sunt Neptunia Symbola. Spectant autem hæc" ad Afros. Dionysius Periegetes;

κυρήνη τ' ἔυιππος, Ἀμυχλαίων γένωος ἀνδρῶν

Et Spartana dehinc Cyrene mater equorum

2 Paralip. 16. 8: *Et Lubæi [id est Libyes] fuerunt in exercitu multo cum curribus et equitibus.* Herodotus in Melpomene: *Quadrijugos equas jungere a Libybus græci didicere.* Maximus Tyrins: *Instituta Cyrenaica sunt aurigationes.* Ephorus: *Athenienses quidem ad nauticam, Thessali ad Equestrem, Bæoti ad gymnasticam; Cyrenæ autem ad curulem artem se applicant.* Scholiastis in Pindari Pythia Ode 4: *Cyrenem equestrem appellat non ex præsentis occasione sed quia Neptunis Libyes docuit equos currui jungere.* Afer estigitur Neptunus, et propterea idem cum Phut. Hoc clarius constabit ubi offendero quis sit Atlas.

^{b[40]} Diodorus facit Atlantem Antæo, Herculi primo et Busiridi coævum, c Eusebius paulò antiquiorem statuit. Coniungitur Atlas cum Hercule in fabulis Poetarum. Et Mercurio ex ejus filia Maia genito senior constituitur. Sanchuniatho quoque eundem int Deos antiquissimos reponit. *Elium, inquit, nomine Altissimus et fæmina Beruth loca Byblo vicina tenuere, – Iis nati sunt Cælus et Terra –. His liberi quatuor, Ilus qui Saturnus dictus est, Belylus; Dagon qui Silo nominatur et Atlas.* Et paulo post: *Commilitones Ili*

*appellati sunt eloim, quasi Saturnios diceret. Porro sadidum filium Saturnus gladio suo jugulavit ac paulo post filiam quoque suam capite truncavit, ut reliqui omnes Dij hanc Saturni mentem penitus obstupescerent. Syrorum est hæc Philosophia in Phæniciam propagata. Nam Iupiter Belus paulo post appellatur Saturni filius: Et propterea Saturnus erit Beli pater Chus. Confirmatur id ex Ili nomine et moribus. Nam Ilus Seu Il vel Ed deum fortem significat et ex Commilitonibus Eloim Et filiorum cæde cognoscitur esse bellicosus Deus et sanguinolentus belligerantium Princeps. Ejus frater Dagon Seu Silo paulo post a Sanchoniathone exponitur Deus ille qui frumentum et aratrum invenit, adeoque Osiris est bætylus videtur esse Canaan desumpto nomine vel a Pyrethæis de quibus posthac dicam, vel a Phænicum bætylis seu lapidibus unctis; de quibus Photius ex Damascio: *Iuxta Heliopolim Syriæ, Asclepiadem in Libani montem ascendisse, et vidisse multa Bætylia vel Bætylos quos vocant, de quibus multa miracula narrant.* Restat ut fratrum quartus Phut sit Atlas. cum hoc Sanchuniathonis monumento conspirant quæ Diodorus ex Atlantiorum traditione descripsit: *Vrannus ex Titæa uxore Titanes suscepit, Saturnum, Atlantem Hyperionen aliosque, præter filias quarum duæ natum maximæ præ cæteris inclaruerunt, Basilia nimirum et Rhea, Pandora nonnullis dicta. Basilia ab Hyperione fratre domum ducta fuit, e quo cum duos suscepisset liberos Helium et Selenem, fratres conjuratione inita Hyperionen obruncant, & Helium ad hunc purerum, in Eridano demorsum suffocant. Qua calamitate patefacta Selene fratrem impensè amans de tecto se dat præcipitem. Mater contendit a suis ut Deum cultu defunctos venerentur, suum verò corpus nemo posthac contingat: — Post Hyperionem emedio sublato cælò geniti regnusu patris inter se dividerunt: inter quos clarissimi Atlas et Saturnus. Atlantii regiones Oceano conterminæ sorte obvenerunt, qui populos illic Atlantios et maximum terræ montem Atlantem de nomine suo apellavit. — Inter plurimos ejus filios eminuit Hepperus. Filie ipsi natae Maia, Electra, Taygela, Asterope, Merope, Halcyone et Celæno. Hæ cum generosissimæ indolis heroibus et Dijs ipsis [fratibus scilicet] commixtæ, plurimis hominum gentibus primordia dederunt. Sic Maia natu maxima e Iovis complexu Mercurium multarum urtium repertorem edidit. His in cælum erectis Pleiadum sidus assignatur. De Saturno Atlantis fratre memorant quod enormis ejus fuerit impietas et avarities, acceptaque in thorum conjugalem Rhea Sorore, Iovem Olympij postmodum cognomento, procreavit. Hunc totum sub imperio mundum habuisse dicunt, — qui contra quam parens vitæ rationem instituend omnibus sese aquum et humanum præbuit; ob quod patris quoque nomine a suis affectus est. Is regnum vel sponte a patre concessum, vel a subditis odio patris traditum accepit. Quamvis autem Saturnus Titanum auxilio bellum es moverit; prælio Tamen victor et rerum Dominus evasit Iupiter. Et totum delime orbem peragrans bene de natione mortalium demeritus est. Et quia robore corporis, et omni virtulis genere excellebat, facile totum sibi mundum conjugavit. In Hoc imprimis dabat operam, ut impios et sceleratos pænis et populum beneficijs afficeret. Ideoque exemptum rebus humanis perpetuum totius universi dominum; propensis omnes studijs appellarunt. Hæc Diodor. l. 3. Tantus autem est horum consensus cum ijs quæ ex Sanchoniathone protuli, ut facile credam Philosophiam syrorum a Phænicibus in Mauritaniam venisse. Nam Iupiter Olympius qui totum sub imperio mundum tenuit et postquam rebus humanis exemplus fuit, ab omnibus universi totius Dominus id est (lingua Syriacâ) Belus appellabatur, certissime est magnus ille Assyriorum Iupiter Belus. Ideoque pater ejus Saturnus est Chus 9vir improbis moribus ut etiam apud Sanchoniathone describitur) & Saturni frater Hyperion quem fratres**

sustulerunt est Osiris; HYperionis autem liberi Helins et Selene sunt Orus et Bubaste seu Apollo et Dinna id est Sol et Luna (ut hic dicuntur) ejusque uxor Basilia est Isis Ægypti Regina. Hæc enim post mariti fatum vidua semper mansit et sacris ritibus institutis marituni et filium in Deos retulit. Vnde Ægyptij commentati sunt quod, ^{b[41]} *Invenit Isis immortalitatis pharmacum quo filium Orum Titanum insidijs oppressum et mortuum in aquis inventum, non tantum reddita anima in vitam reduxit sed etiam immortalitatis participem fecit.* Per Eridanum in quo Helius perijt intelligo Nilum. Phut (Auriga isse Æthiopicus Phaeton) fulmine bellico Iovis Amonis percussus fuit Europæi Padum volunt, fabulas aliarum gentium ad setrahendo. Quæ literis eorum antiquiora sunt ad eos nil spectant. sed livis est hæc disputatio. Superest ut Saturni et Hyperionis frater Atlas sit Phut. cum enim Saturnus et Atlas Regnum paternum inter se diviserunt, et Saturnus regnâvit in Oriente, manifestum est quod Atlas longè lateque per Africam dominatus sit. Nam et ^{c[42]} Æthiopia onnis olim Atlantia dicebatur et gentes illæ variæ ex Atlantis filijs oriundæ indicant hunc esse Afrorum communem patrem. Quinetiam Atlas est ipsissimum Antæi nomen. Nam Atal תלח falsum significat et Atal Ante falsum Antæum. Ob Osiridem dolo sublatum ita loqui amabant Ægyptij. Atlas verò contractè dicitur pro Atlantes et Atlantes pro Atal Ante, ut ex nomine virginis Atalantæ colligo.

Iam Verò Antæum esse Neptunum sic colligo. Terram omnem <39r> habitabilem veteres pro insula rotunda habebant fretij quibus dum distincta et Oceano circumdata. in hujus medio. Gentes primæ consistebant. Solus Antæus in extremas terras da usque Herculis columnas deportatus, Oceani fuit {a}ccola. Et propterea hunc pro Deo maris habuere Oceanum universum ab ipso Atlanticum nominantes. Geographi apud Herodotum lib 4 *Oceanum circumfluentem describant et terram tanquam torno in orbem circinatam.* Chaldæus interpres Eccles 1. 7: *Oceanus qui circumdat orbem ut annulus.* Orpheus de Iove et Iunone

Circulus Oceani pulchrius et indefessi

Terram perpetuo qui circumvolvitur æstu

Strabo l 1. p 4: *In armorum fabricatione in ora Clypei Achillis rotundi Oceanus circumponitur.* ♦ < insertion from f 38v > ♦ Idem p 64: *Addidit Eratosthenes terræ habitatae eam esse naturam ut ab oriente in occidentem longius sit intervallum, cum mathematici dicant eam circulum referre atque in seipsum redire.* < text from f 39r resumes > Isa. 40. 22. Qui sedet super gyro terræ. Prov. 8 27 cum constitueret gyrum super faciem Abyssis. Gyrus hic est תלח og. Inde Ὠγγ, priscum Oceani nomen. Hesychius: Ὠγγ, Ὠκεανός. Hinc igitur ortæ sunt disputationes de orbis loco medio, quem aliqui Delphis alij Hierosolymis, Ægyptij autem in Ægypto collocabant. e^[43] Horus Apollo: *Ægyptiorum regio totius orbis velut umbilicus est ac media non secus atque in oculo pupilla.* Neptunus autem cum uxore Nephthi in terris extremis et Oceano (Deorum omnium fonte locabatur et inde nominabatur f^[44] γαίθοχος terram ambiens. Iuno apud Homerum: Il. ξ. 200.

Namque ab eo fines terræ inspectura feracis,

Oceanumque, Deum primordia –

Homer Vlyss. 0. 282. – *Æthiopum rediens Neptunus ab oris. Æthiopus autem Homerus alibi vocat extremos hominum. Vnde et convivia Deorum in Æthiopia ad Oceanum collocat et Atlantij Deos ab ipsis oriundos esse gloriabantur. Eodem sensu Ægyptij apud Diodorum: Nephthim appellant Terræ extrema et promontoria et quæ mare affingunt, et Typhonis uxorem dicunt. Similiter Lactantius: Neptuno maritima omnia cum insulis obvenerunt. Quomodo il probari potest? Nimirum veteres historiæ docent. Antiquus author Euhemerus qui fuit ex civitate Messana, res gestas Iovis et cæterorum qui Dij putantur collegit, historiamque contexit ex titulis et inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur &c. Hanc historiam interpretatus est Ennius et Seculus; cuius hæc verba sunt ibi, Iupiter imperium Neptuno dat maris, ut insulis omnibus, et quæ secundum mare loca sunt omnibus regnaret. Iouem <40r> intellige Chaldæorum & Mare Atlanticum. Igitur cum Antæus in urbi Tingi in ipso Oceani litore ad Herculis columnas regnaret, cæterique omnes (quo tempore ritus sacri et symbola Deorum instituebantur) in medio Terræ versarentur: Oceanus totus cum insulis et litoribus suis Antæo tanquam Deo maris dicatus est. Nam oceanum occidentale et orientale et omnia maria innavigabilia a veteribus Atlantica vocari tradit a^[45] Suidas. Vnde b^[46] Strabo Scribit Indiam definire ad mare Orientale et ad Austrinum Atlantici partem, et c^[47] alio in loco *Atlanticum mare in se coire. Zozimus scribit Rhenum fluvium se in Atlanticum mare exonerare, quod nunc Germanicum vocatur. In somnio Scipionis dicitur omnem terram quæ a nobis colitur. Atlantico mari quem Oceanum appellamus circumfundi. Iulius Firmicus et Author libri de mundo qui Aristoteli adscribitur dicunt universam terram in morem Insula ab Atlantico mari ambiri. Herodotus duo tantum maria novit: dicit navigant (nempe Mediterraneum) unum esse, Caspium alterum. Insulæ quoque Oceani ab Atlante denominabantur: ut insulæ fortunatæ quas Plutarchus in vita Sertorij Atlanticas vocat, et magna illa Plutonis insula Atlantis quam aliqui Americam esse putant. Atlantica igitur sunt quæcunque ad Oceanum spectant. Ex antiquissimis autem Planetarum et Elementorum nominibus cognoscuntur eorum Dij.**

Quæ hactenus de Neptuno disputavimus confirmantur etiam ex ejus nomine Phut. Nam פֹּחַ Phuts dispersus, dissipatus, contritus et contractus cum dispersione a^[48] si litera צ et ט invicem permutentur fit טופ Phut: aptissimum Afrorum ex quo Hercules victos dispersit, collocando Typhonem in ultimis terris ne bellum renovaret. Typhonem enim in Monte Æna jacere et ignes evomere, vel in lacu quodam Ægyptiaco vapores noxios emittere, apertè sunt poetica. A פֹּחַ fit נפֹּחַ et נפֹּחַ vel נפֹּחַ Naphat dispersus et נפֹּחַ Naphtu dispersi sunt. Vnde Neptys Typhonis uxor et Neptunus Latinorum. A Phut vel Put formatur etiam græcorum Pytho et literis inversis Typho. Nam Græci Typhonem et Pythonem promiscue dicunt. Inde formatur etiam Ori nomen Pathros. Nam Pathros filius est Misraim Gen. 10 14 <41r> a cujus regno Thebais dicta fuit terra Pathros Ier. 44. 1. Ezek 29. 14 adeoque idem est cum Oro. Is. autem Septuaginta interpretibus est. Φαθώρης et Παθούρης. Hieronymo Patures et Phatures voce composita ex Phat vel Path et Ores vel Vres vel (terminatione Hebraica) Oros. Pathros igitur dicitur contracte pro Path – Oros, nomine composito ex hostis victi nomine Put et nomine vistoris Ori, et Ægyptijs idem significat quod Græcis Apollo Pythius. Nam Apollo, leste Horodoto, Ægyptiæce Ωροσ Orus dicitur.

Vnde verisimile est quod una cum Deo hocce Ægyptio nomen etiam Apollinis Pythij ad Græcos manarit.

<42r>

inventorum quem Ægyptij ^[49] *Thoor Alexandrini Thoyth Græci Hermetem nominarunt.* Desumpta sunt ista partim ex Ægypticis partim ex Chaldaicis monumentis: ideoque duplex Deorum stemma hic describitur, alterum Ægyptiacum Deorum Agricolæ Amyni, Misor et Mercurij, alterum Chaldaicum Deorum Agri, Magi, Sydye, & Dioscurorum. Genus Venatorum et Agricolarum qui ab Agro et Agricola descendunt sunt Arabes et Ægyptij. His pater primus Noe nomine Agricolæ celebratur, illus nomine Agri seu Venatoris agrivagi. Vtrique patrem primum sibi similem esse voluerunt et Ægyptij quidem verè. Nam Noe verè fuit Agricola et Agricolarum omnium pater. Porrò ex Agricolæ elogio quod sit Deorum maximus, ex ejus ordine in genealogijs quod sit decimus a creatione mundi, ex ejus filio Amyno id est Amon seu Ham et nepote Misor id est Masor seu Misraim liquet hunc esse Noe. Ex Mercurio autem annexo confirmatur Amynum esse Iovem Amonem et Misorum esse Osirim Nam Mercurium Ager itaque qui Agricolæ Synchronus ponitur est etiam Noe, et ejus filius Magus est Cham sic dictus ab Orientalibus quod esset Philosophorum pater. Arabes pastores erant et idcirco gregum alendorum rationes Mago acceptas hic referunt idque meritò: Nam Hamon ab inventas gregum alendorum rationes cornibus arietinis semper pingitur [et Erichthonius (non Græcus ille sed verus aurigarum inventor Neptunus) hircum et hædum quos Iovi Hammoni abstalerat, in tergo adhuc gerit.] Igitur Beli pater Cus est Magi filius Sydyc et eo nomine Chaldæorum Iupiter. Nam liberi ejus hic dicuntur Dioscuri Διὸς χουροῦ Iovis filij. Cujus rei rationem Xenophon in Æquivocis sic patefecit. *Saturni, ait, dicuntur familiarum nobilium regum, qui urbes condiderunt serenissimi. Primogeniti eorum Ioves et Iunones. Hercules verò Nepoles eorum fortissimi Patres Saturnorum Cæli, Vxores Rhea et Cæorum Vestæ. Quodt ergo Saturni, tot Cæli, Vestæ, Rheæ, Iunones, Hercules. Idem quoque qui unis populis est Hercules alteris est Iupiter. Nam Ninus qui Chaldæis extitit Hercules fuit Assyrijs Iupiter.* Chaldæi igitur, dum Ninum pro Hercule haberent, pero Iovem intellexerunt Nini patrem Chus, et per Saturnum Chamum avum Nini, et propterea ne Noachus omitteretur dederunt Saturno Deorum Ægyptiorum primo patrem Cælum et matrem Terram. Vnde factum est ut in Oriente, <43r> qua patuit Chaldæorum philosophia, Cælus pro Noacho et Saturnus pro Chamo usurparentur. Adeoque ut Chami liberi Neptunus Pluto Venus ex Saturno nati dicerentur et Nepotes Mercurius Apollo Diana ex Iove, Dijs omnibus ad Stemma Arabicum relatis. apud Assyrios verò cum Belus esset Iupiter, Chus fuit Saturnus et Cham Cælus, Noachus autem Hysuranius. Et hæc tertia sententia licet cæteris recentior, tamen latissime per Orientem cum cultu Iovis Beli propagata fuit. Eandem Sanchoniatho post explicat utin sequentibus dicitur.

Igitur quo minus Apollo, Diana et Mercurius sint Osiridis liberi nihil obstat quod a Chaldæis et eorum sequacibus dicantur filij Iovis, apollinem et Dianam esse Orum & Bubastem et hos ex Osiride et Iside natos fuisse ^{a[50]} Herodotus ^{b[51]} Diodorus & ^{c[52]} Plutarchus ^{d[53]} Macrobius abunde satis confirmant Dianam eandem esse cum Proserpina & Proserpinam esse filiam cereris hanc autem Isidem esse in con fasso est Mercurium ex

Chamo et ejus nepti Maia natum essenon est verisimile. Hunc ex Misraim natum esse Sanchoniatho ex monumentis Ægyptiorum docet et Anubis qui idem Mercurius est ex Misraim et Typhonis uxore scilicet natum esse expositum, no canibus repertum et ab Iside educatum esse docet Plutarchus. Sic erit illegitime natus ex Typhonis uxore. docet Plutarchus

Verisimilius est quod ex Misraim et Typhonis filia natu maxima Maia genitus sit. Nam Typhonem esse Maiæ patrem Atlantem et Mercurius ab Atlantide Maia natus ab omnibus statuitur. in sequentibus ostendetur Mercurium vero Anubim esse manifestum est. Vterque a patre Ægyptio et matre Afra illegitimè genitus Osiridi et Isidi ad hæsit. Pingitur anubis camino semper capite eique ^{a[54]} sacer est canis. canis autem (teste floro Apolline) sacrum scribam et vatem significat. estque nomen Mercurij testg^c Plutarcho. Servius ad Virgilis

– *Latrator Anubis Mercurius*, inquit, *capite canino pingitur ideo quianihil est cane sagacius*. Apuleius ibidem (l 11. p 384:) *Ille superum commeator – attollens cams cervices arduas, læva caduceum gerens. Et Strabo l 17. p 812 Cynocephalum [i. e. Anubim] Hermopolitam colunt. Est nomus Cynopolite s et canum Vrbe in qua Anubis colitur & canibus honor et Sacer quidam cibus constituitur. Bovem canem et felem Ægyptus omnis colit. Cultus tantus Deo hand minori quam Mercurio competit. Sed et Mercurij nomen Ηρμάνουβις idem confirmat, et quod Ægyptij Horizontem Annubidis esse dixerunt. Nam Mercurius Planeta, soli semper vicus, nunquam videtur nisi in ipsa Horizonta. Planeta reliqui vel in Meridiano cernuntur.*

<43Av>

Cap. 6

Quod Phut sit Typho et Antæus et Atlas et Neptunus.

quod Canaan sit Vulcanus et Prometheus et quod ejus uxor et soros Venus fuit Astyr seu Attyrgates

Cap. 8

De alijs Deorum prædictorum nominibus.

Cap 9

Quomodo nomina prædictorum hominum sideribus imposita sint & qualis fuit Astronomia veterum Ægyptiorum.

Cap. 10

Quomodo animæ hominum in stellas translatae sunt & stellæ sic animatae pro dijs intelligentibus haberi cæperunt, deoque origine et progressu idololatriæ et artium magicorum. Cap. 11.

Qualis fuit vera Noachidarum religio antequam per cultum falsorum Deonem corrumpi cæpit. Et quod religio Christiana non magis vera nec minus corrupta evasit

<44r>

Osiris et Isis quandoque tellure et Elemeento terræ quandoque de Nilo et terra Ægypti, quandoque etiam de Sole et Luna exponi solent. Quippe ea est gentium omnium super

stitio ut homines in Divos, Divos in Deos & Deos minores in Deos maximos referre et extollere semper conarentur. Vnde factum est ut Belus, qui Mars est, pro Iove Olympio et sole apud Orientales coleretur & Venus pro Luna, ut Ianus qui Saturnus est pro Sole coleretur a Latinis, utque Hammon qui Iupiter est apud Ægyptios ad solem quandoque referatur. At Diji suis gens nulla detraxit. Nemo Deos suos infra dignitatem primò constitutam facile depressit, et propterea ubi Dei ali cujus ambigua est significatio rationi consentaneum est ut significatio minus nobilis pro antiquiore habeatur. Hac de causa Osiridem ad globum terraqueum et particulatim ad fluvium Nilum, Isidenque ad elementum terræ et particulatim ad Terram Ægyptiam referendos esse censeo Nam Apolo et Diana ad Solem et Lunam propre spectant, neque aliter accipi solent. Sic in sacris Apollinis Ismenij pro apolline & diana solem et Lunam Symbolo hocce Astronomico celebrabant. Oleagineum lignum lauris coronant variisque floribus exornant: cujus in apice ænea sphaera imposita: ex hac minores dependent: medio verò ligno purpureæ coronæ aplantur minores quam quæ summo fastigio impositæ. Imam vero ligni partem circum vestiunt crocotùla. Significat autem ipsis suprema quidem sphaera solem, quo Apollinem designant: huic vero subjecta Lunam significat: Globuli verò appensi stellæ et astra sunt: Coronæ anuum cursum significant; trecentas enim et sexaginta quinque conficiunt. hæc Proclus in Chrestomathia apud Photium. Eodem spectat quod Apollini tanquam motuum planetarum moderatori harmonico Lyra hepticorda a Philosophis conceditur quodque Ægyptij Solem pro oculo Ori habebant,^[55] dicentes quod Typho percussisset oculum Oro dextri soli reffifisset. Igitur animam Ori in Sole tanquam astro propio fulgere et detri soli reddidisset. Igitur animam Ori in Sole tanquam astro propio fulgere et omnia videre credebant. Mam Deorum animas in stellis fulgere docebant a^[56] Ægyptij.

Osiris vero Pluto est et eo nomine ad globum terræ spectat Sic enim Plutarchus: *Isis, ait et Osiris Οεων {illeg}{i} δαιμόνων Deorum et Manium permixtis honoribus coluntur, ubique magna maxima autem in rebus supra et infra terram potentia præditi neque verò Serapis alius est quam Pluto aut Isis a Proserpina differt: ut et Archi machus Euboensis docuit et Heraclides Ponticus qui oraculum Canonicum Plutonis esse judicat.* Serapis certe et apis eodem spectant et osiridem designunt. *Plerique sacerdotum, inquit Plutarchus, in idem aiunt recidere Osirin et alpin enarrantque & docent nos alpin esse intelligendam formosam animæ Osiridis imaginem. Tansi sacri (inquit Diodorus), tum qui apis tum qui Mnevis vocatur ut Osiridi dicati sint & pro dijs colantur apud universos promiscus Ægyptios sancitum est.* Et alibi *Osirin modo Derapin, modo dionysum, interdum Plutonem putant.* Sic etiam Plutarchus: *Præstat, ait, Osirim cum Baccho eundem ffacere & cum Osiride Serapin.* Et Porphyrius (apud) Eusebium Pr. Evang. 1. 3. c. 11) *Serapis idem prorsus qui Pluto Deus est, eoque maxime Dæmonibus imperat* Macrobius vero conjungendo cultum Sarapidis et Isidis docet cerberum caneni infernalem ad Serapidis pedes pingi solere Alexandria inquit. *Serapin atque Isin cultus pene allonitæ venerationis observat.* et paulo post: *Serapidis simulacro signum tricipitis animalis adjungunt, quod exprimit medio eodenque maximo capite leonis effigiem, dextra parte caput canis exoritus mansueta specie blandientis, pars vero læva cervicis rapacis lupi capite finitur: easque formas animalium draco connectit, volumine suo capite redeunte ad Dei dextram qua com percitur monstrum.* Hoc monstro quatum ex capitibus colligo designatur congressis et certamen gentium trium in celeberrimo illo Deorum bello quod

<44v> a morte Osiridis statim genum fuit Caput enim Caninum ad Mercurium Ægyptium, Leoninum id Herculem Arabicum et Lupinum ad Typhonem Ljbycum spectare videtur. Plutonem vero cum cerbero hic ping Plutarchus expresse docet. Statuam Plutonis, inquit, cum cerbero et Dracone exculptam non alterius esse quam Serapidis, Ægyptij sacerdotes docuerunt quod Ægyptij Serapidis nomine Plutonem afficiunt. His adde quod Nilus fluvius quem Osiridi sacrum constituerunt sit decantatus ille inferorum Styx. Nam Diodorus recitans Homeri {camarina}

Παρ' δ' ἴσαν ὠχεανῶν τε πόας &c id est

Oceani veniunt undas, et Lucada rupem,

Solia et ad portas, ubi somnia gens vaga regnant


Vlteriusque adeunt vividantia prata, frequentant

Quæ manes hominum vitâ simulachra carentum,

docet Nilum per Oceanum, Heliopolis per solis portas & pratum juxta paludem Acherusiam prope Memphin per mortuorum prata intelligi. Plerasque enim & maximas Ægyptiorum funerationes istic peragi dum cadavera per annem, et et Acherusiam paludem deportata in cryptis illic sitis reponant. Vnde etiam Græcorum spectat dum mortuum quotannis lugent, membra sparsa quærunt et humant, & Apin bovem anno quoquo tertio in fluvio Nilo demersum suffocant eique ritus funebres tanquam Osiridi demortuo peragunt, fingentes animam Osiridis in Api resedisse. Mercurius symbola Deorum et solemnia sacra regnante Iside constituit. Osiris solus jam tum mortuus erat Ideoque solennitate funebri annuatim celebratus *quod hodie sacerdotes viluti abominantes et occultantes trepide significant, Osiridem mortuis imperare neque a Dite seu Plutone alium esse, ignoratum quomodo verum sit, Plerosque turbat suspicantes in terra et infra terram sacrosanctum istum Osirin habitare, ubi corpora latent eorum qui jam desijsse putantur.*

[Editorial Note 3] <46r>

{illeg} Planetis et {Eementis esibus duor {illeg} imposita} {illeg} qui post diluvium {illeg} xerunt {Nam} {illeg} {prios} {illeg} et Chaldæa ante tempora {Tharæ} {illeg} {intro} {illeg} (Iosh. 24. 2) Nino sub {milti} p {illeg} ij {illeg} Sacerdotes ex Ægypto in Chaldæam {deducint} {illeg}) Vixerunt enim Dij illi in Ægypto uti supra insinuavimus et gentis Ægyptiaca conditores extitere. Nam a^[57] Diodorus tradit quod *ex omnibus Orbis Provincijs in sola Ægypto multæ sint urbes ab antiquis Dijs ut Iove, Sole, Herme, Apolline Pane, Eilithyia alijsque pluribus conditæ.* < insertion from f 46v > ♦Præter {i} cum Dij omnes affinitate ju {illeg} { it alterius} vel frater vel maritus vel fili {illeg} orum {illeg} communem habeant mateni Cybelem, cumque veteres {in} Deorum {illeg} in qua omnes simul vixerint, et illa {illeg} Deorum in Ægypto cum fustibus gestum esse, dein {illeg} cum gladio primum omni um belligerasse scribant: perspicuum et quod Dij illi {illeg} conditum imperium Assyriorum in Ægypto simul vixerint adeoque sint hominei

omnium primi qui post divisionem Terræ ex Babylonia in Ægyptum cum Chamo descenderant: id quod etiam ex inventione artium confirmatur. Nam Saturnus  quærendi sunt. < text from f 46r resumes > [Præterea cum Sij omnes affinitate jungantur sitque plurium mater communis Cybebe & veteres de quadam Deorum ætate nonnunquam loquantur & veteres et illa ætate bellum quoddam Deorum in Ægypto cumfustibus gestum esse dein Belum cum gladio primum omnium belligerasse scribant: Dij omnes ætate aliqua communi ante conditum imperium Assyriorum atque adeo proxime post diluuium quærendi sunt]: id quod etiam ex inventione artium confirmatur. Nam Saturnus agriculturam docuit et in ejus rei memoriam falcem gerit, Iupiter ob artem pastoriæ cornibus arietinis pingitur, Mars prinuss bella gessit, Neptunus currum et artem equestrem invenit, Minerva linum, Vulcanus naves, artemque fabrilem et piscatoriæ, Mercurius literas mercaturam & scientias varias, Osiris et Isis aratrum et frumentum & leges primas quibus Ægyptij in corpus politicum coiere. Primi autem Artium et legum inventores et authores. proximè post diluuium quærendi sunt. His rationibus alijs posthac explicandis adductus sum ut credam Ægyptiorum patrem primum Noachum esse antiquissimum eorum Deum quem Saturnum dixere et hujus filium Chamum esse Iovem & Chami filios quatuor Chus, Mizraim, Phut & Canaan esse Iovis filios totidem nempe Martem, Osirim Typhonem seu, Neptunum et Vulcanum. Quibus si addideris Iovis filias tres Venerem Minervam et Isin seu Cererem, & Osiridis fili{an} duos Thoth seu Mercurium et Orum seu Apollinem <47r> atque quam {illeg} {illeg}iana est habebis Deos omnes {illeg}os quos Ægyptij imprimitus coluere. . Sed ut hæc clarius et disti{illeg} pateant exponenda sunt ætates primæ quibus Dij cælestes floruisse dicuntur

Berosus ex Chaldæorum monumentis – – –

<48r>

Berosus ex Chaldæorum monumentis historiam contesicus, ^{a[58]} reges ad exordio mundi ad usque diluuium onminò decem (perinde ut Moses) recenset. Regis illi

secundum Chaldæos. secundum Mosen

Alorus	Adam
Alaparus	Seth
Anvelon	Enos
Ammenon	Cainon
Magalarus	Mehaleel
Daorus	Iared
Aedorachus	Enoch
Amphis	Methusalah
Otiartes	Lamech
Xisuthrus	Noach.

De horum longevitate ^{b[59]} Iosephus traditionem Gentium sic breviter complexus est. *Manethus*, inquit, *qui Ægyptiacam et Besorus qui Chaldaicam scripsit historiam &*

Mochus et Hestiaeus & Hieronymus Ægyptius, quique rex Phœnicum prosecuti sunt uno mitri omnes ore suffragantur. Iino etiam^{c[60]} Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus item & Nicolaus priscos illos ad mille annos vitam produxisse tradunt. De Ægyptijs eadem habet^{d[61]} Diodorus: Tradebant, inquit, Ægyptij deorum antiquissimos annis mille et ducentis et posteriores non infra trecentos annos regnasse. Et verisimile est interpretes septuaginta Mosaicos numeros auxisse ut Ægyptiacos hosce quam proxime attingersat At numeri Berosiani qui nunc extant in immensum uacti sunt.

diluvij verò, inquit^{e[62]} Iosephus, et Arcæ menimerunt quotquot barbarorum historias conscripserunt. Quos inter Besorus Chaldæus in ea quam habet diluvij narratione ita scribit. Atque hujus navigij portem etiamnum aliquam in Armenia circa montem Coryæorum stervari ferunt ex qua derasi bituminis aliqui, loci ejus indigenæ vice amuleti gestare consuerint. Ejusden rei mentionem quoque facit Hieronymus Ægyptius qui priscam Phœnicum historiam conscripsit, itemque Mnaseas alijque complures. — — — *fuisse.* Sed et^{f[63]} Alexander Polyhistor idem sic describit. *Arto defuncto, sub filio ejus Xisulthro fuisse magnum diluvium, ipsumque servatum cum prædixisset ei Saturnus fulurum, et quod fabricanda sit Arca, in qua ipse simul cum avibus replitis et jumentis navigare debeat.* Abydenus eadem libello de Dea Syria fusius explicat in hæc verba Cum Xisulthrus regnaret eique Saturnus imbrium vim maximam fore prædixisset — — — suppeditavis. Ad eundem ferè modum Plutarchus libro de solertia animalium: Narrant Mythologi columbam ex arca emissam Deucalione certum indilium detulisse tempestatis cum rursus ingrederetur serenitatis cum avolasset. Simili quoque nibus manifestum est traditionem quandam generalem inter Gentes intissimè conservatam fuisse earum rerum quæ a noacho et primis hominibus ad Abrahamum ab Abrahamo ad Mosen distinctius propagatæ sunt. Ideoque sperandum est etiam historiam etiam temporum quæ diluvium proximè, secuta sunt ex traditionibus Gentium non absque veritatis scintilla deduci posse.

Saturnus Nam Syris usu venerat (ut Sanchoniatho docet Ilum seu el exponere de Saturno : El verò Deus est. Porrò Abydenus ex Babyloniorum et Persarum monumentis hæc eadem sic fusius explicat. cum Xisulthrus regnaret

Pergit igitur Abydenus terram Babylonicam a primis hominibus ædificatam dicere, ac ventis subversam, dein addit Homines quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, multiplicem ac discrepantem ex eo voces emisisse ac postmodum Saturnum inter ac Titana bellum esse conflatum. Atque his paucis intervallum ætatum quatuor primarum comprehenditur. Nam ætas secunda ab eversione Turris, tertia et quarta a duplici Titanum bello exordium ducunt. Ætates Ovidius sic describit.

<49v>

Cunctarum quidem rerum inquit Iosephus, junior est — — — incognitus. Igitur quanto antiquior fuit usus literarum apud Chaldæos Ægyptios et Phœnias quam apud græcos tanto vetustior apud illas gentes est rerum memoria: adeo ut si sparsas eorum traditionis a Græcorum figmentis discernere et inter se componere daretur; historiam temporum quæ diluvium proximè secula sunt cum veritatis scintilla conscribi posse sperarem.

quod veritatis patrem Romani Saturnum esse censebant, & quod fabulæ ferebant justissimum fuisse. Tantæ erat justiciæut – Sic et Mythia referunt regnante Iano omnium domos religione & sanctitate fuisse munitos. Numa Iano magnos honores detulit ut qui civilis et terræ colendæ quam bēlli fuisset studiosor. Italos feris utentes injustique moribus suadendo ad aliud vitæ genus traduxit, agricultura et civili institutione composuit.

Igitur quatuor Chami filijs Misraim, Phut, Canaan & Chus Gen 10 qui sedes in Ægypto, Libya, Phæcia et Arabia habuere, respondent Osiris, Antæus, Busiris, et Hercules. Nam Hercules ab omnibus statuitur filius Iovis adeoque locum quartum occupabit. ffigitur dux exercitus Osiridi qua paulo post pro Ægyptijs contra Typhonem militavit. Typhone regnum occupante Ægyptij disgerunt et dispersi sunt donec Hercules in eorum subsidium veniret. Et propterea Hercules cum suis sedem extra Ægyptum obtinuerat.

Interea sciendum est Hercules fuisse plures, Ioves item plures et plures Saturnos. Nam postquam Ægyptij majores suos in astra retulissent, geneologiam Deorum ab ijs desumptam ad majores etiam suos applicuerunt. Quam rem Xenophon in æquivocis sic explicat – – – usurparent adeoque ut , Chami liberi Neptunus, Pluto, Venus " ex Saturno nati dicerentur et nepotes Mercurius, Apollo, diana ex Iove. apud Assyrios verò cū m Belus esset Iupiter, Chus erat Saturnus, et cham Cælum seu Vranus Noachus autem Hypsuranius. Atque hæc tertia sententia, etsi cæteris recentior, tamen cum cultu Iovis Beli pur orientem totum dimanavit, camque Syri et Phænices secuti sunt, et per mare mediterraneum propagarunt , ut ex Sanchoniathone et Phrygum Atlantiorumque philosophia colligo. Sanchoniatho verò

Generationes deorum a principio mundi recensens et singulis gene retionibus Deos binos vel ternos nominans; generatione decima ponit Agrum et Agricolam, dicitque Agricolam in veterum libris, Deorum maximum elogio plane singulari nominari, et ab his duobus Agricolarum et Venatorum genus propagari. quodque filios reliquere amynum et Magnum – – – nominarunt.

<50r>

Berosus ex Chaldæorum monumentis historiam contextus, ^{a[64]} reges ab exordio Mundi ad usque diluvium omninò decem (perindent Moses) recenset. Regés illi

Secundum Chaldæos. Secundum Mosen.

Alorus	Adam
Alaparus	Seth
Amelon	Enos
Ammenon	Cainon
Megalarus	Mehaleel
Daorus	Iared
Aedorachus	Enoch

Amphis	Methusalah
Oliartes	Lamech
Xisuttirus	Noach.

De horum longævitate ^{b[65]} Iosephus traditionem Gentium hic breviter complexus est. *Manethus, inquit, qui Ægyptiacam et Besorus qui Chaldaicam scripsit historiam et Mochus et Hestæus et Hieronymus Ægyptius, quique res Phænicum prosecuti sunt uno mitri omnes ore sufragantur Imo etiam ^{c[66]} Hesiodus, Hecatæus, Hellanicus, Acusilaus, Ephorus item et Nicolaus priscos illos ad mille annos vitam produxisse tradunt. De Ægyptijs eadem habet ^{d[67]} Diodorus: Tradebant, inquit, Ægyptij Deorum antiquissimos annis mille et ducentis et posteriores non infra trecentos annos regnasse. Vnde verisimile est Mosaicos numeros a Septuaginta auctos fuisse" ut Ægyptiacos hosce quam proximè attingerent. Ab exordio mundi ad diluvium Berosus numerat sacros 120, & sarum &c*

◆ diluvij verò, inquit ^{e[68]} Iosephus, *et Arcæ meminerunt quotquot Barbarorum historicus conscripserunt. Quos inter Besorus Chaldæus in ea quam habet diluvij narratione ita scribit. Atque hujus navigij partem etiamnum aliquam in Armenia circa Montem Corydæorum servari serunt ex qua derasi bituminis aliquid loci ejus indigenæ vice amuleti gestare consuerunt ejusdem Phænicum historiam conscripsit, itemque {itemque Mnaseas alijque complures} Quibus Nicolaum Damascenum adde {illeg} hæc habet, est {illeg} supra {illeg} nin, Barin vocant {illeg} gissent, eos periculum {illeg} arca{illeg}tum {illeg} ibi {reliquins peridis} {illeg} fuisse. Sed {illeg} Poly {illeg} idem {illeg} ribit. Arta defivi {illeg} thro {illeg} diluvium, ipsumque {serentu} {illeg} ei Satu {illeg}, et quod fabri{illeg}nda sit Ar{illeg}{simul} {illeg}ibus es jumentis navigare debe {illeg} Sat {illeg} hic pro Deo <51r> {Co}rrupte Scribitur. Nam Saturnus Chaldaice Ilus vel El dicitur ut ex Sanhoniathone liquet. El verò quoque significat et Deus erat qui diluvium prædixit. Porro ^{a[69]} Abydemus ex Babyloniorum et Persarum monumentis hæc eadem sit fusius explicat. Cum Xisuthrus regnaret eique Saturnus imbrium vim maximam decimo quinto mensis Desij fore prædixisset & quicquid libris comprehensum erat, id totum apud Heliopolin Sipparorum occultari seponique inssisset: Is Dei mandatis obsecutus continuo navigationem Armenios versus instituit, in qua repentino prædictionis eventu occupatur. Tertio autem die quam tempestas remitti cæperat, aves emittit explorandi gratia, sicubi terram undis emorsam atque exissentem viderent. Quæ cum immensum in pelagus incidissent, nec quo secederent omminò quicquam occurreret, ad Sesithrum denuò revolarunt, aliæque postea similiter enissæ. At cum tertio idem fecisset votique compos extitisset (quippe volucres alis limo plenis redierant) illicò Deum numine hominum societati oculisque subducitur: navigin{s} autem ad Armeniam appulsum, amuleta fuis e lignis confecta, quæ de collo suspensa gestarent indigenis suppeditavit. Ad eundem ere modum Plutarchus libro de solertia animalium: Narrat, ait Mythologi columbam ex arca emissam Deucalioni certum inditium detulisse tempestatis cum rursus ingrederetur serenitatis cum avolasset. Simili quoque descriptione Lucianus libello de Dea Syria Diluvium prosequitur. Ex quibus omnibus manifestum est traditionem quandam generalem earum rerum quæ a Noe et primis hominibus ad Abrahamum ad Abrahamo ad Mosen distinctius propagatæ sunt, inter Gentes etiam dintissimè conservatam fuisse Cunctarum quidem rerum, inquit Iosephus, junior apud Græcos est historiæ conscribendæ diligentia. Apud Ægyptios autem atque Chaldæos et*

Phænices, sicut ipsi fatentur res gestæ antiquissimum et {terræ} nentem habent memoriæ traditionem. Nam et {illeg}is omnes inhabitant quæ nequaquam aeris corruptioni subjacent {illeg} {provi}dentiam^[Editorial Note 4] habuere ut nihil horum quæ apud {illeg} memoria relinqueretur: Sed in publicis conscriptionibus {illeg} sapientissimis diceretur. Græcorum verò regionem {illeg}{corrup}tiones in{illeg}sere, rerum memoriā delentes. {illeg} autem {navas con} stituentes conversationes, omnium se primos esse credid{illeg} sciant quia etiam ferò et vix naturam posuere agnoscere literarum. Nam antiquissimum earum {in}sum habuisse creduntur a Phænicipibus & a Cadmose didicisse gloriantur. Sed neque illo tempore poterit aliquis demonstrare servatam conscriptionem, neque in Templis neque pulvis anathematibus <52r> quando etiam de Trojanis rebus, ubi tot annis militatum est, postea multa quæstio atque contentio facta est utrum literis usi sunt, et magis veritas abstinuit quod usus modernarum literarum illis fuisset incognitus &c. Igitur quanto antiquior fuit usus literarum apud Chaldæos Ægyptios et Phænices quam apud Græcos tanto vetustior apud illas gentes conservata suit rerum memoria: adeo ut si sparsas eorum traditiones a Græcorum figmentis discernere et inter se componere liceret; historiam temporum quæ diluvium proxime secula sunt, cum veritatis scintilla conscribi posse sperarem.

Pergit itaque ^{a[70]} Abydenus turrem Babylonicam a primis hominibus ædificatam dicere, ac ventis mox subversam, deinde addit *Homines quorum ad id tempus una eademque lingua fuerat, multiplicem ac discrepantem ex eo vocem emisisse ac postmodum Saturnum inter ac Titana bellum esse conflatum*: Atque his paucis intervallum ætatum quatuor primarum comprehendit. Nam ætas secunda ab eversione Turris, tertia et quarta a duplici Titanum bello exordium ducunt. Ætates autem Ovidius sic describit.

Aurea prima – –

<53r>

Ovidius sic describit

Aurea prima fata est ætas, quæ vindice nullo

Sponte sua, sine lege, fidem rectumque colebat.

Mollia securæ peragebant otia gentes.

Ipsa quoque immunis rastroque intacta, nec ullis

Sancia vomeribus per se dabat omnia tellus

Postquam Saturno tenebrosa in Tartara misso Sub Iove mundus erat, subijtque argentea proles &c

Tum primum subiere domos: domus antra fuerunt

Et densi frutices et junctæ cortice virgæ.

Semina tum primum longis Cerealia Sulcis

Obruta sunt, pressique jugo genuere juvenci.

Tertia post illam successit ahænea proles

Sævior ingenijs et ad horrida promptior arma

Non scelerata tamen. De duro est ultima ferro

De aureo sæculo similia habet Virgilius

Ante Iovem nulli subigebant arva coloni

Nec signare quidem aut partiri limite campum

Fas erat; in medium quærebant; ipsaque tellus

Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Capit igitur aureum sæculum cum genere humano

Ὡς ὁμόθεν γεγάασι θεοὶ &c

Vt simul nati sunt Dij mortalesque homines

Aurem quidem primum genus. Hesiod.

Argenteum autem cæpit cum divisione terræ et inventione frumenti. In aeneo bella primum gesta sunt ut etiam cecinit Hesiodus.

Iupiter verò pater tertium genus varie loquentium hominum

Æneum fecit, omnino argenteo dissimile,

E fraxinis, vehemens et robustum, quibus Martis

Opera curæ erant, luctuosa ac injuria.

Antecessit igitur hæc ætas imperium Assyrium. Nam *Afri et Ægyptij*, inquit Hyginus, *primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est. De hac ætate plura addit Virgilius*

Navita tum stellis numeros et nomina fecit

Pleiadas Hyadas clarumque Lycaonis

Tum laqueis captare feras et fallere visco

<53v>

Cap. 3

Quod Noachus sit Saturnus, quodque Chamus sit Iupiter Hammon et quod Chami filij cum nepotibus sint et Dij reliqui et Gigantes qui cum Dijs ætate tertia in Ægypto dimicarunt: et quomodo Chamus cum suis in Ægyptum descendit et regionem inter filios divisit.

Igitur cum ætas aurea sit sæculorum initium necesse est ut Saturnus qui tunc regnavit sit Noachus et ut ejus filius Iupiter ætate proxima sit sit Noachi filius Chamus, adeoque ut Iovis filij Hercules Osiris Typhon, Vulcanus inter Chami filios quærantur. De dijs Ægyptijs jam loquor. Nam Chaldæi et Assyrij & Græci Philosophiam Ægyptiorum ad gentes proprias aptando sub iisdem Deorum nominibus homines alios atque alios coluere. Cum enim Iehova quem Græci Ιαω Latini Iao pater seu Iupiter dixere nomen esse Dei {supremi} — — — &c. Vide fol. adhinc sextum, — — — Mizraimi frater. Igitur <54v> Belus primus seu Iupiter antiquissimus hoc est Ægyptius est Chusi, Mizraimi et Canaains pater Chamus, et propterea Saturnus Noachus est. His etiam consentaneum est quod ^[71] Diodorus ex columna quadam Ægypti tradat Isin et Osirin ex Saturno juniore ^[72] < insertion from lower down f 54v > ^[72] riatos, et ^[72] alibi eosdem ex Iove natos esse doceat; adeo ut Iupiter Osiridis pater seu chanus idem sit cum Saturno juniore hoc est Chaldaic. Nam Chaldæi qui Ægyptum vicerant Saturnum juniorem uti diximus ex Iove fecerunt. < text from f 54v resumes >

saturnum verò Noachum esse Bochartus in Geographia sua fuse satis explicuit. Eundem quoque Ianum esse perspicuum est quippe quem Latini Saturno contemporaneum tradidere, homines duos ex duobus unius hominis nominibus (uti solebant) constituentes.

Saturnum verò proprie dictum eundem esse cum Noacho Bochartus in Geographi a sua fuse satis exposuit. Et utrumque eundem esse cum Iano perspicuum est; quippe

<54r>

Inventum et magnos canibus circumdare faltus

Atque alius tatum funa jam verberat amnem

Alta petens, pelagoque alius trahit humida lina

Tum ferri rigor

Igitur tertia hac ætate Mercurius constellationes delineavit et nomina indidit Planetis, atque Nimrod & Socij sese venatione ferarum exercuerunt. Vulcanas item rates et limum piscatorum et retia invent ut ex Sanchoniathone discimus. Et tum demum bella gladio gesta initium dederunt ætati quartæ

– De duro et ultima ferro

Protenus erupit venæ pejoris in ævum

Omne nefas et vis et amor sceleratus habendi

Iamque nocens ferrum ferroque nocentius aurum

Prodierat. prodit bellum quod pugnat utroque

Sangirineaque mann crepitantia concutit arma

Vivitur ex rapto. Non hospes ab hospite tutus.

Vltima cælestum terras Astræa reliquit.

Astræa Isis est, fæmina justissima et Ægyptiorum Legislatrix; quæ in principio regin Assyriorum post Ori sui et Bubastis interitum furore quodam correpta^{a[73]} e conspectu hominum subito evanuisse dicitur. Ætates igitur sic ab invicem distingui intelliges ut cum novis regibus et novis imperijs nova semper ætas incipiat. Quamdiu homines universi sub imperio Noachi in Babylonia degebant, duravit ætas aurea. Cum divisione terræ et imperio Chami in Ægypto cæpit ætas argentea. Filijs Chami in terras diversas sibi postea a patre concessas secedentibus et regna nova seorsim inchoantibus cæpit ætas ænea. Quarto loco Belus Chami nepos, imperium, Pastorum in Assyriorum per vim et sanguinem condidit.

– horrendos primus qui protulit enses

Et ferus et vere ferrens ille fuit. Tibul. l. 1. El. 10. Igitur cum ætis aurea sit sæculorum initium, necesse est ut Saturnus qui tunc regnavit sit Noachus. Id Bochartus in Geographia sua fuse satis explicuit. Idem etiam de Iano verum est, quippe quem Latini Saturno contemporaneum statuunt. Saturnus ob longævitatem summam constitutus est Deus temporis. Is in Orphicis dicitur etiam παρτενέτωρ et γενάρχης et ejus uxor <55r> Rhea Μητήρ μέντε Θεων ἠδὲ Θνητων ἀν{illeg}{οπωσ} et ab^{a[74]} Ægyptijs pingebatur cum oculis ante et post quasi rei et {ante diluvium et} {illeg} vidisset. Ianus etiam Deus erat^{b[75]} anni et temporis et a Sep {illeg} apud Terentium Maurum nommatum rerum fator et principium Deorum, et cum facie genina pingebatur. Quæ omnia de Noacho solo intelligi possunt, viro præcæteris longævo, et mortalium omnium patre. Saturnus et Rhea cum Dijs c reliquis contemporaneis a Philosophis et Poetis ex Oceano orti dicuntur. Vnde

et Ægyptij pingebant Deos suos in Navi duper aquas. Et nummus olim cudebatur in Italia^{d[76]} cum Iani cultu genino ex una parte et effigie Navis ex altera. Spectant hæc apertè ad diluvium. Vt Noe primus fuit Agricola, vineam plantavit, et inebriatus fuit, ita^{e[77]} Saturnus omnium primus agriculturam docuit (inde falce donatus est) et ebrietati præfuit (unde Saturnalia:) Et Ianus pariter^[78] e regnavit ante fruges cognitatas et dictus fuit^f Consivius a conferendo, et nomen dedit vino. Ἰανὸν ἰανὸς vinum. Vnde etiam Italiæ pars olim Oenotria dicta, & ^{l[79]} Aborigines Oenotri. < insertion from f 54v > Chaones genere Oenotri sunt Aristoteli 7. de R. P. sic dicti a Chiun vel Chewan qui ^{t[80]} gentibus Orientalibus Saturnus est, et stella Saturni. In Etimologico magno memoratur *Herculem juxta Ægyptiorum dialutum Chon dictum esse et a subjugata per eum Italia Italos Clones postmodum appellatos*. Confunditur hic Theologia. Syrorum cum Ægyptiaca. Nam Syris Saturnus est Confunditur hic Theologia. Syrorum cum Ægyptiaca. Nam Syris Saturnus est qui Ægyptijs Hercules uti mox pasebit. Veteres per transpositionem literarum sæpe nomina formarunt. Vtrum Noah sic migraverit in Chaon vel Chiun plane nescio. < text from f 55r resumes > Ad Noachum etiam spectat quod ^{m[81]} *veritatis patrem Romani Saturnum esse consebant*, quodque. ^{m[82]} *ffabulæ ferebant justissimum fuisse* ^{g[83]} *Tantæ erat justiciæ ut neque sub eo servierit quisquam, neque quicquam privatæ rei habuerit* et ^{h[84]} *homines sui temporis ex agresti vita ad humaniorem cultum transtulit et propterea magnos honores consecutus est: multaue orbis loca peragravit* [ætate scilicet argentea et aenea] *et omnes ad justiciam et animis simplicitatem induxit*. < insertion from f 54v > < insertion from f 54v > Sic et ^{i[85]} *Mythici referunt regnante Iano omnium Domos religione et sanctitate fuisse munitas*: et ^{k[86]} *Numa inquit Plutarchus Iano magnos honores detulit, ut qui civilis et terræ colendæ quam belli fuisset studiosior: Italos feris utentes injustisque moribus suadendo ad aliud vitæ genus traduxit, agricultura et civili vita com posuit* < text from f 55r resumes > Sic et ^{i[87]} *Mythici referunt regnante Iano onniium domos religione et sanctitate fuisse munitas* De Saturno plura legas apud Bochartum

Iupiter qui argenteo sæculo regnavit, cùm sit filius Saturni et ab Ægyptijs in honore summo constituatur ac dici soleat Iupiter Hammon, necessario erit eorum pater Chamus. Herodotus im Euterpe, Ἀμμουν Ægyptij Iovem vocant. Plutarchus in Iside: plerique sentiunt proprium apud Ægyptios Iovis nomen esse ἄμμουν quod Hammonem dicimus. Hesychius Ἀμμους ὁ Ζεὺς Ἀριστέλει: Hammus est Iupiter secundum Aristotelem. Plato in Phædra disserens de Thoth, *erat inquit, tunc totius Ægypti Rex* < insertion from f 54v > *Thamus in magna superioris regionis urbe quam Græci vocant Thebas Ægyptias, ipsum appellant Deum Hammonem*. Hanc Græci quandoque <56r> singulare est Masor. Postquam verò Stellis et Elementis imposita sunt nomina humana consequens erat ut hominum eorundam res gestæ sub nominibus Stellarum scriberentur ut quod Saturnus (Noachum intellege) tres genuit filios Iovem natu minimum, Neptunum et Plutonem, id est Chamum nat minimum (Gen. 9. 23) Iaphetum et Semum. Quod Saturnus (ut in Orphicis dicitur) fuit *παγτενέτωσ* et *γενάρης* et ejus uxor Rhea *Μητήρ μέντε θεων ἠδὲ Θνητων ἀνθρώπων*: Quod oculos haberet ante et post (uti pingebatur ab Ægyptijs) et quod Dij ex Oceano orti essent. Vnde Ægyptij pingebant Deos in Navi super aquas et symbolum Saturni apud Italos erat navis: Quæ omnia ad diluvium spectare videntur. Quod Saturnus omnium primus agriculturam docuit, (unde falce donatus est;) quodque ebrietati præfuit (unde Saturnalia) et lege lata sancivit nequis Deos nudos impunè contempletur (nimirum ob impietatem Chami;) Et quod in Saturnnalibus Domini servirent servis, scilicet in memoriam maledictionis Chami.

Quod multa orbis loca peragravit et omnes ad justiciam et vitam humaniorem induxit. Tantæque erat justiciæ ut neque sub eo servierit quisquam neque quicquam privatae rei habuerit. Quod is ætate omnium prima et felicissima ideoque aurea dicta regnavit. Sub ejus imperio pax summa nex ullus labor aut ærumna. Omnia erant communia et indivisa. Terra nondum limitibus partita. Quod Orbem tandem universum inter tres filios divisit et Iovi Cælum id est Chamo regionem ardenti Soli propiorem, Neptuno autem Mare id est Iapeto insulas et regiones maritimas ab Orientalibus dictas Insulas maris, et Plutoni Terram divitijs abundantem id est Semo Asiam, fertilem longèque et latè patentem regionem, dedit. Et quod Iupiter patrem de regno expulit: nempe per nepotem Eodem spectat quod diodorus Origines Afrorum describendo, {dicem} quod <57r> suum Nimrod (qui et ipse Iupiter Belus et Baal-Sanen seu Dominus Cælorum) De quibus omnibus Bochartum in Geographia sacra fuse disputatem legas. Et hujusmodi initijs orta videtur Theologia Siderea cùm Gentes aliæ Ægyptiorum exempto doctæ, suorum etiam Heroum nomina in astra tandem transferrent. Postquam autem superstitio Astrologica vim et divinitatem quandam astris conciliasset, tris anima attributæ sunt, quibus cognoscerent res humanas et omnia pro arbitrio regerent. Vnde Plotinus: *Per animam suam, inquit, hic mundus fit Deus. Sed et Sol Deus est quia animatus et sic etiam sunt alia astra.* cultu autem talium Deorum per hujusmodi opiniones paulatim vigente crevit simul veneratio hominum quorum nomina sunt ipsis indita, donec tandem hi quoque divinorumem partici honorem participes essent facti.. Præterea Ægyptij Deos suos pro varijs eorum affectionibus per varia pingebant animalia, ut solem et Vulcanum per Scarabæum, Solem quoque per Accipitrem, Lunam per Felem et Ibin avem, Saturnum per hominem oculos et ante post habentem, Iovem per hominem arietinis cornibus ob libidinem, Martem et Venerem per Cornices duos marem et feminam ob amorem mutuum, Mercurium per Canem et Cynocephalum ob sagacitatem, ob sublimitatem, Minervam per vulturem volantem Terram per Iovem quo colitur & Aquam per Serpentem et Monstrum Typhona hunc autem per Hippopotamum. At fluvius Nilus Osiridis dicatus fuit, ut Terra Ægyptia Isidi. Vnde Nilo Ægyptum inundante dicebant Osiridem cum Iside congredi. Et ex hujusmodi symbolis Deorum orta tandem est veneratio Bestiarum et Imaginum. De quibus omnibus Aristoteles: *Traditum est, inquit, a temporibus pervetustis quod Stellæ Dij sunt quodque Numen universa continet: Cætera verò omnia fabulosè adjecta sunt ad persuadendam plebem et leges stabiliendas et ad usum vitæ: veluti cum humanam speciem inducere dij illi dicuntur aut alijs animalibus esse similes, cæteraque adjunguntur quæ sunt hisce consentanea.*

<58r>

iospolin id est urbem Iovis HAnmonis vocant. ♦ Vrbem < insertion from f 55v > Vrbem quam Prophetæ vocant Noa Ammon (Nahum 3. 8) et Hamon No vel Ha{illeg} de No (Ezek. 30. 15. Ier. 46. 35) Septuaginta vertunt Diospolin Sed quænam sit hæc Diospolis disputatur, cum plures sint Diospoles in Ægypto. Vtrum No vel Noe populum hic significet ut aliqui volunt, vel sit urbis nomen propium a a patre Chami desumptum, viderint Critici Certe nomen propium est in Ezek. 30. 14, 15, 16. < text from f 58r resumes > . Porro Deum hunc per omnes chamo concessas terras celebratum fuisse docent tum ^{a[89]} varia per Africam et Arabiam a Chamo denominata loca, tum Africæ

totius nomen antiquum ^{b[90]} Ammonia, tum etiam Gentium illarum Deus communis Hammon. Lucianus Lib. 9

Quamvis Æthiopum populis Araburnque beatis

Gentibus atque Indis unus fit Iupiter Ammon.

Indi ill sunt populus Asiæ inter mare rubrum t fluvium Nilum e regione Arabiæ fælisis formatur autem Hammon ex Ham eadem ratione qua ex Babel Babylon, ex Cana Canaan, ex Chua Chusan vel susan, ex Zaid Zidon, ex Phut Python & Phaeton. In orientalium nominibus propijs quæ desinunt in n rejiciendo syllaban ultimam devenietur, pleramque ad nomen primitivum.

Orbe inter Noachi filios diviso, concipe Chamum sum suis ex Babylonia in Ægyptum venisse, terram cæteris omnibus quæ ipsi obligerant ob solum fertile præferendam. Nam quemadmodum Plato dicit hunc in Ægypto regnasse sic Ægyptus a Chamo olim dicta fuit Chamia vel ^{f[91]} Chesnia & in ^{g[92]} sacris literis terra Cham et habitatio Cham < insertion from f 55v > < Sed et Ægyptum ad sua usque tempora Ægyptiorum lingua Cham vocari scribit Isidorus, Vide Kircheria prodrom. Sopt. p. 293. < text from f 58r resumes > . Et vestigia nominis Chami frequentius occurrunt in Ægypto quam in alijs regionibus; ut in urbe No=Ammon, in nomis Chemmis, Prochemmis, Psitachemmis, in ^{a[93]} Hammonis delubro quodam in Meroe Nili insula sito, in insula ^{b[94]} Chemnis in ^{c[95]} Thebaidis urbe Chemnis in ^{d[96]} pago Chemmis. In Ægypto vixit etiam Mercurius cujus consilij et ministerio Iovem semper usum fuisse prædicant. Ibi quoque aratrum et fruges ab Osiride et Iside primum inventa traduntur cum prius spontaneos terræ fructus & quicquid arbores & vites ferebant solummodo comederent. ffruges vero in argenteo seculo atque adeo sub imperio Chami inventas esse diximus. Primum etiam bellum quod argenteo sæculo posterius fuit gestum est in Ægypto idque inter filios Chami ob alimenta patris ut mox dicetur. Igitur quemadmodum Noachus durante aureo sæculo suos omnes in terra Sennaar Iubi Babel condiderunt tanquam paterfamilias rexit, Dein orbem totum inter filios tres divisit; sic Chamus durante sæculo argenteo suos omnes in Ægypto secum viventes tanquam paterfamilias gubernavit dein tertiam Orbis partem sibi concessam inter filios quatuor distribuit. Vixerunt autem hoc sæculo in Ægypti superioris urbe ab ipsis condita quam græci Thebas Ægyptias vocant uti ex Platone jam diximus. Nam Ægyptus inferior ob nimias. Nili inundatio nes ut ostia circumfena incolis primis, rerum imperitis minus idonea et prope maccessa earet. Ad Thebæs {autem} in loco editiore sed Nili latus Arabicum sitas patebat <59r> acceossus, etiam navigijs. Nominabatur hæc urbs Ægyptiacè No Ammon, Græce Διο {ωο}ολις a Iove Ammone sub cujus imperio filio quem Typhonem ætate ærea ante bellum Deorum occidit, ideoque urbs omnium antiquissima videtur et sæculo argenteo condita, *Quò primum subiere domos.*

^{b[97]} Condita est ad orientalem Nili ripam, at postea in occidentalem quoque se expandit: Caput erat Thebaidis et ^{c[98]} facta tandem Ægypti totius metropolis in urbem omnium maximam et populo sissimam evasit, eitam ipsa Babylone majorem. Hic igitur Chamus Ægypto toti (ut scribit Plato) id est familiæ suæ imperavit, dein terras omnes sibi concessas ad ventos quatuor inter filios totidem distribuit. Dedit enim primogenito Chus

Arabicam Ægypti partem et Arabiam omnem ulteriorem ad orientem, filio secundo Mizraim Thebaida et Æthiopiam conterminam et regiones omnes superiores ad austrum, filio tertio Phut Lybicum Ægypti partem et Libyam Africamque omnem ulteriorem ad occidentem, et natu minimo Canaan Ægyptum inferiorem ad occidentem, et natu minimo Canaan Ægyptum inferiorem et Phœniciam ad Boream jacentes. Nam Canaan primò in Ægypto inferiore inter ostia Nili regna vit, uti posthac ostendetur. Et hinc liquet quod linguæ antiquæ orientales, Arabica, Syriaca, Chaldaica Hebraica et Æthiopica, non nisi variæ sint dialecti linguæ veteris Ægyptorum. Chaldæicam et Syriacam cæteris addo quia Belus Arabs coloniam Chaldæosum ex Ægypto in Babyloniam deduxit et imperium ibi condidit.

Terras verò ad hunc modum inter filios Chami divisas fuisse Diodorus sic confirmat. *Osiris, inquit, rebus Ægypti <60r> constitutis et Dotius regni administratione Isidi uxori in manus tradita consiliarium ei Mercurium adjunxit quod prudentia cæteros antestaret omnes. Imperatorem verò ditioni quæm reliquit Herculem genere propinquum cunctisque ob fortitudinem et corporis robur suspiciendum: at trachbus qui ad Phœniciam inclinant et locis maritimis Busirin, Æthiopiæ [occidentali] et Libyæ Antæum curatores dedit. Tum ipse iter [in Æthiopiam australem Thebaidi conterminam] suscepit, fratre [vel potius filio] conictatus quam Græci Apollinem vocant.* ❖ Cæterum < insertion from f 59v > ❖ Cæterum Ægyptij qui ab Osiride oriundi erant ejusque res gestas ampliare studebant, imperium totum quod Chami fuit hic Osiridi jactanter tribuunt. Osiris in terras hasce omnes imprium nunquam habuit. Is ante patrem Chamum emortuus fuit ideoque facta est hæc terrarum divisio sub imperio Chami inter ipsius filios. Nam et Hercules et Osiris ab omnibus pro filijs Iovis habentur, et Antæus et Busiris ex terris ad occidentem et boream sibi concessis (noscentur esse Phut et Canaan. Regno chami inter ipsius filios divisio concipiendum est quod singuli colonias in terras sibi concessas deduxerint, Osiris ea de causa iter in Æthiopiam veteribus tantopere celebratum una cum filio suo Apolline suscepit. Nam apollo hic est Horus Ægyptius & Horus non erat frater sed filius Osiridis uti diodorus verbis proximis docet, consentientibus etiam alijs scriptoribus. Busiris in Ægypti partes maritimas descendens condedit inter ostia Nili in Busirite nomo ubi urbem Busirin condidit ut ex nominibus collige videor: deinde ab Hercule pulsus munit cum suis in Phœnicia est insulis maris mediterrani. Antæus post Bellum Deorum in occidentem quam longissimè profectus consedit in Mauritania Hercules Ægyptiorum imperator institutus est non a prima terrarum divisione sed post in bello deorum cumgigantibus. Ditiom præficitur quam Osiris reliquit id est optimæ et selectissimæ Ægypti parti ubi Chamas cum suis hujusque consederant. Erat nim natu maximus, et eo nomine hæres ditionis optimæ. Vnde verisimile est maximam illam Nili insulam quæ in Ægypti medio supra urbem Memphim jacet et Heracleopolites nomus diciter una cum regionibus quæ inde ad orientem spectant ipsi obligisse. Nam insula illa regionum fertilissima esst et urbem maximam Heracleopolin ab Hercule ni fallor conditore denominatam continet. *Heracleopolitana præfectura quæ in insula magna est cæteras omnes (inquit Strabo lib. 17 et aspectu et virtute et apparatu antecellit. Sola enim oleas perfectas et fructiferas arbores profert. – Vini autem non parum fert, frumentam quoque, legumina et alia semina omnis gentis* Paulo superior in Hermopolitano nomo erat vicins Chussa ὉΧύσα) quæ á Chus proculdubi < text from f 60r resumes >

ffillijs chami ab invicem recedentibus, seculum est mox inter eos {illeg} illud decantatissimum cuius Hyginus

<60v>

habuit. ✦ < insertion from lower down f 60v > habuit ✦ Et ab his sedibus Herculés^{a[99]} Nilo natus et^{b[100]} Ognius dictus videtur Ab^{c[101]} Okeam antiquo Nili nomine, fit Ogmus. A sedibus autem niliacis in conterminas Ægypti et Arabiae regiones Herculem colonias deduxisse *formam quæ a longinquis inde temporibus inter Græcos propagata est quod a bestijs terram Hercules repurgant.* – *Consentaneum enim Ægypto uti patriæ Herculem prospexisse expurgatam que a bellius terram colonis tradidisse.* Ita Diodorus. Arabiam verò belluis expurgare opus erat Hercule dignias.

Filijs Cham ab invicem – – – < text from f 60v resumes > Et ex his locis conterminas Ægypti et Arabiae regiones Hercules colonias deduxisse videtur. Nam scribit Diodorus (lib. 1) *consentire cum Ægyptiorum assertione famam quæ a longinquis inde temporibus inter Græcos propagata est quod a Bestijs terram Hercules repurgarit.* – *Consentaneum enim, Ægypto uti patriæ Herculem prospexisse expurgatamque a belluis terram colonis tradidisse.* Ita Diodorus. Arabiam vero belluis expurgare opus erat Hercule dignius

<61r>

fab 274 sic meminit: *Afri, inquit et Ægyptij primum fustibus dimicaverum postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est: unde bellum dictum.* Fab 275 Bellum hoc Ægyptium cum omnium antiquissimum sit et ipsa Deorum ætate gestam, & Veteribus diversimode celebratur. nunc enim bellum Iovis et reliquorum Deorum cum Gigantibus dicitur, nunc certamen vel Apollinis cum Pythone serpente vel Herculis cum Typhone monstro, nunc etiam lucta Herculis cum Antæo vel Alante gigantibus. Nam " Python, Typhon, Antæus et Atlas non nisi varia sunt nomina unius et ejusdem Afrorum patria ac ducis Phut, ut in sequentibus probabitur. Belli vero hæc erat origo.

Osiris vel uxorem fratris Àtlantis vel potius filiam Plutarch. in Iside. diodorus l. 1. Herod. l. 2 Maiam constupraverat et ex ea susceperat filium Anubin Annis aliquot elapsis cum Osiris ex Æthiopia redi erat et jam regnasset annia viginti & octo, Atlas seu Typho dir 17 mensis Althyr, fratrem convivio exceptum arcæ includit et projicit in fluvium Nilum. Mortui uxor Isis errabunda maritum quærit, arcam in mare per Nili ostium Tanaiticum delapsam et ad littus ejectam inveriet, inventam avehit & noctu in agro deponit. Typho in eandem: fortuitò incidens corpus in partes plurimas discindit et una cum suis ad numerum hominum septuaginta duorum Ægypti regnum affectat. Isis dispersas partes recolligit et humat, commendatque liberos suos Orum et Bubastem sorotis suæ Latonæ. Hæc est priscorum Venus. . Fugiunt Ægyptij et Latona se cum juvenibus recipit in insulam Nili dicta. omem peragrans Ægyptum eosdem quærit. Iupiter monente Typho Minerva Herculem cum filij in Ægyptiorum subsidium vocat. Pugna dierum plurimum fustibus committitur; idque ad fluvium Nilum propevicum Antæam in Arabiae parte quæ mari rubro et Nilo interjacet. Typho cum suis vincitur et Isidi vinctus traditur. Isis cum filio Oro regnum capessit. Typhonem Isis dimunit. Iterum atque iterum pugnatur.^{d[102]} Herculem a Typhonis filijs {illeg}to et Ephialte vinculis constrictum, Mercurius Deorum

nuncius post menses tridecim furtim liberat, (Typhonis uxore locum ubi vinctus detinebatur indicante) dem lites omnes componit eque de caus{a} serpentes inter se dissidentess interjecto caduceo ad {pacem} reduxisse dicitur et in ejus rei memoriam serpentes in caduceo gerit. Tum Heercules ex pacto Typhonem in ultimas Africae regiones comititur et columnis in rei memoriam positis degentes revertitur.

Ad bellum hocce respexit Diodorus (lib. 3) ubi de incolis interioris Africae verba faciens , addit: *Hos fama est impressione in Aegyptum quondam facta, magnam terrae partem habitatoribus destituisse*: scilicet per fugam Aegyptiorum ubi Typhon eos aggressus est.. Idem Antonius Liberalis ex Nicandro sic plenius describit. *Terrae filius erat Typhon, genius immenso {illeg}monstrosa forma: nam et capital plurima ei nata sunt et {manus et} & alae & ex femoribus maxima serpentum volumina. – <62r> Omnis generis voces edebat; neque ejus vires quisquam subsistebat. Is Typhon imperium Iovis affectavit, impetumque facientem nemo Deorum substitit; sed omnes in Aegyptum fugam fecerunt, solis minerva et Iove relictis. Typho e vestigio Deos est seculus: verum illi calliditate usi, effugerunt habitu in bestias mutato: Apollo in Accipitrem, Mercurius in Ibin, Mars in squammatum pisces Diana in Silurum, Bacchus in caprum, Hercules in Hinnulum, Mulciber in bovem, Latona in murum araneum: alij ut visum fuit in alia. Vbi Typhonem Iupiter fulmine perculit, ardens Typhon in mare seipsum abdidit, flammamque extrinxit. Iupiter autem non dimisit eum sed montium maximum Aetnam ei injecit.* Typhon hic pro Phut cum corpore politico commilitonum omnium accipitur, ideoque monstrum multorum capitum & manuum esse dicitur. Pindarus Pythâ primâ describit. Hyginus cap. 152 & Apollodorus l. 1, filium vocat *Tartari* (id est maris) *ac terra, inum ani magnitudine specieque portentosa cui centum capita Draconum ex humeris enata erant* sibilum excitantia & in cruribus maximae viperarum spirae. alij Briareum vocant cui centum erant manus et capita quinquaginta. Nam Briareum eundem esse cum Typhone colligas ex hymno Callimachi in Delum vers. 141 ubi pro Typhone Briareus sub moætina jacere et cum latus mutat flammam excitare dicitur. Ad quem Callimachi locum Scholiastes: *alij quidem, latus movente Briareo, alij Typhone, alij Encelado* Nempe promiscue sumuntur Briareus Typho et Enceladus . Porro ubi Gigantes in caelum insurgunt et Typhon regnum Iovis et caeli affect{illeg}t et Dij teniti fugiunt inde in Aegyptum inhiat aliud intelligendum est quam quod Phut affectavit dominium Aegypti et quod Aegyptij ex notis suis sedibus & urbe regia in ignotas Aegypti regiones fugiebant. Nam caelum pro Throno ac dominio a mythicus et Prophetis usurpari solet. Fulmen vero quo Iupiter Typhonem percussit bellum est. Nam ignis et tulmen etiam apud Prophetas pro bello passim usurpatur et Cyclopes cum patre Vulcano qui pro Iove fulmina fabricarunt sunt fabri primi ferrarij qui gladios et instrumenta bellica pro Iove Belo <63r> fecerunt. In mare verò Typhon se abdidisse dicitur et flammam extinxisse quod finem bello imposuit abeundo per mare mediterraneum ad usque Oceanum in cujus litore ad Herculis consedit. Et eodem recidit quod Typhonem aliqui, alij Gigantes in tartarum projectos scribant. Nam tartarus pro mari a veteribus accipitur. Vnde Typhon Deus maris (quem Latini Neptunum vocant et filius Tartari configitur. Docet enim ^{a[103]} Plutarchus quod Aegyptij Typhonem mare esse dicunt ideoque sacerdotes mare abominantur & salem Typhonis spumam vocant: Navium rectores ab ijs non compellantur utpote mari utentes indeque victum suumpetentes, eademque potissimum de causa pisces aversantur & odium pingendo ^{b[104]} pisces notant, et extremas terrae partes quae mare allingunt Typhonis uxorem dicunt. Quinetiam

Neptunus aliquando pro Typhone usurpatur, ut cum ^{c[105]} Lucianus dicit quod *Corinthus plena fabulis pugnam narrat Solis et Neptuni*. Nam hæc est pugna illa decantata Apollinis cum serpente qui python et Typhon promiscuè dicitur. Sic est Agathar cides apud Photium fugam Deorum et bellum cum Gigantibus describens, pro Typhone Neptunum habet. *Minervam, inquit, fabulantur quanta quanta est in hirundinis corpusculum sese abdidisse & majestatem Iovis in cygni formam migrasse & Cereris pulchritudinem in turpissimum transiisse habitum; et Iovem qui pro maximo habetur a maxime necessario uxoris germano, insidias expertum & servatum esse a maxime invisis, titanibus inquam, qui egressi e vinculis & tenebris et quæ illic est custodia, postquam in fugam coniecto Neptuno, operam illi navassent, sponte ad Acherontem et Plutonis regnum se denuo receperint. Tum Venerem mortali manu sanciam & Martem ab Oto et Ephialte [Neptuni filijs] vinculis constrictum, & Ditem in regno suo ab Hercule sagittij ictum in maximos incidisse cruciatus*. Titanes erant filij Iovis ammonis ex uxore Titæa & nonnunquam pro Neptuno et ejus filijs, sæpissime vero (ut in hoc loco) pro Marte seu Hercule et ejus filijs accipiuntur. Dicuntur Iovi invisibili ob bella quæ postmodum cum Ægyptijs gesserunt Busirin expellendo ac Ditem id est Mizraim seu Ægyptum superiorem sagillis suis feriendo. Nam Ditem esse Mizraim posthac patebit. In describendis titanum sedibus allusum est ad Parabolam Ægypti <64r> tiam de Charonte animas mortuorum per Stygen et Acheronta in regnum Platonis deferent: <insertion from f 63v> id est de prorotire cadavera Ægyptiorum per fluvium Nilum et paludem Acherusiam campum mortuorum deportante ut ibi cryptis reponerentur. Sic enim Diodorus Homeri carmina quædam de Ægyptiorum urbe Heliopoli et pratis ulterius sitis ubi mortui regnant fabulam interpretatus est Igitur animæ quas Charon deportat et ex quibus regnum Plutonis constat sunt ipsa cadavera <text from f 64r resumes> id est in cryptis animæ quas portat et ex quibus regnum Plutonis constat sunt ipsa cadavera. Sic enim animas pro cadaveribus etiam in sacris literis usurpari notum est apoc. 6. 9, & 18. 13 & 20. 4. Psal. 16. 10. Act. 2.21 Ezek 44. 25. Regnum igitur Plutonis ubi Titanes habitabant est canpus ille mortuorum et reliqua omnis Ægyptus ubi monstrui cryptis reponebantur. Et Plato seu Dis est mortuorum Ægyptiorum Princeps Osiris. Nam hic fuit omnium pater, & primus omnium mortuus est et hujus ritus funebrales summa cum solemnitate ab Ægyptijs aniuatim per multa sæcula celebrati fueræ. ^[106] Vnde etiam Druides in Gallia qui Philosophicam suam ab Ægyptijs accep erant, Ditem omnium patrem esse dicebant.

Typhone in Deos irruente, summus eorum terror, per fugam de cælo & migrationem Hanc fugam et metamorphosin in varias formas designatur. magis eleganter quam verè

pieri filia apud Ovidium sic describit

Bella canit superum falsoque in honore Gigantes

Ponit et extenuat magnorum facta Deorum

Emissumque ima de sede Tijphoea terræ Cælitibus fecisse metum, cunctosque dedisse

Terga fugæ donec fessos Ægyptia tellus

Cæperit & septem discretus in Ostia Nilus

Huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat

Et ie mentitis superos celasse figeris

Duxque gregis, dixit, fit Iupiter: unde recurvis

Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.

Delius in corvo, proles Semeleia capro

Fele soros Phæbi, nivea Saturnia vacca

Pisce Venus latuit, Cyllenius ibidis ales.

Tanta fingitur Deorum consternatio donec Hercules adesset Nam *confessum est apud omnes*, inquit diodorus, *quod Dijs cælestibus Hercules in bello Gigantum suppertias tulcrit*. Ægyptij autem Deos sub formis animaliam in quæ jam migrasse fingebantur colebant ^{a¹⁰⁷} et sacerdotes se arcano fuodam sermon tradebant qua Dij in formas illas migrassent. Nam <65r> simulacra animalium illorum in templis suis colebant. *Ægyptior* Lucian {illeg} {illeg} *Ima templa*, inquit, Lucianus, *pulcherrima sunt simul atque maxima, sumptuosis lapidibus extructa atque composita: cæterum si intus Deum requisieris, aut simiam invenies, aut ciconiam, aut hircum aut felem*. Et Strabo: In Ægyptiorum templis Simulachrum aut Strab {illeg} pag. {illeg} 0 5. nullum aut non ad hominis formam sed bestiaë alicujus effictum.

Hanc fugam Deorum et metamorphosin et bellum cum gigantibus plenius descripsi ut ex his probarem. Deos omnes cælestes proximè ante bellum illud in vivis fuisse & in Ægypto simul vixisse si Saturnum excipias; atque omnes postea bello huic interfuisse præter occisum Osirim: et propterea Chami filios quatuor chus, Mizraim, Phut et Canaan in Deorum numero proxime post Iovem reponendos esse, deinde Deos reliquos inter Chami nepotes quærendos; neque deos quosvis cælestes præter Noachum chamun & Chami filios et nepotes et eorum sorores et uxores admitti debere, Aliqui addunt sem et Iaphet, alijs etiam homines quosdam Græcos his recentiores: sed Ægyptij qui Deos consecraberet, gentes exoticas et longinquas minimè respexerunt et eorum qui in Ægypto vixerunt Orus Osirides filius dicitur ultimò regnasse et ejus mater Isis jaam et Cererem et Astræam vocant pro ultima cælestium ab Ægyptijs habetur. Sic enim Albrus *Cererem* vocat *Deorum et Dearum ultimam*, et Ovidius dicit quod ætate ferrea, *Vltima cælestium terras Astræa reliquit*: scilicet terras Ægyptias. Arabes enim sub mortem Ori et Isidis vastata Ægypto Deos fugerunt et ætati ferreæ quæ deorum Ætatibus finem imposuit initium dederunt. Quibus expositis jam non difficile fuerit Deos sigillatim enumerare.

Cap. 4 Quod Chus sit Hercules, Mars, Moloc, et Belus primus.

Mars Moloc et Belus non nisi varia sunt Herculis nomina, Nam Herculem epindem esse cum Marte, Macrobius l. 1 Saturn c. 12 sic docet: *Salios*, inquit, *Herculi ubertate doctrine altioris adsignat Virgilius, quia is Deus et apud Pontifices idem qui Mars habetur. Et sane ita Menippea Varronis affirmat quæ inscribitur Ἀλλὸς οὐτός Ηρακλῆς: in qua cum de Hercule multa loqueretur eandem esse et Martem probavit. Chaldæi quoque stellam Herculis vocant quam reliqui omnes Martis appellant.* hæc ille. Aristoteles verò in libro de Mundo, dicit quod Stellam Martis multi stellam Herculis vocabant. Idem tradunt Hyginus in Poet. Astronom. & Plinius l. 2, c. 8. Et Achilles Tattius in Isagoge quòd Stella Martis Ægyptijs sit Herculis stella. Sic et Nitichindus autem Chronici Saxonici lib. 1 cap XXXVII scribit, quod Germani *secundum errorem paternum sacra sua propria veneratione venerantur, nimirum Martem effigie columnarum imitantes Herculem.* Vnde Mars et Hercules veteribus promiscue usurpantur. <66r> Herodotus, affirmat quod Hercules Ægyptijs sit unus de Dijs duodecim at Latini in Enniano deorum illorum catalogo pro Hercule Martem habent. Sic et in bello Deorum pro Hercule Mars aliquando scribitur: Vt cum Athenagoras (Leg. pro Chr.) Martem Iovi contra Fitares auxiliarem perhibe {illeg} & Apollodorus et alij tradunt Martem a Gigantibus Oto et Ephialte in bello illo vinetum Et a Mercurio liberatum fuisse. [Sic etiam {Hero} dotus quod idem de Hercule dici sollet 2 vel 3 ubi dixerat Martem cum matre sua concubuisse et ejus rei ni {illeg} m in templo Martis conservari addit templum illud Herculi c {illeg} ctum ubi Iunonis erat ædes. Quære?] Sed et < insertion from f 65v > nomina congruunt. Hercules Ægyptijs est Heron. Vnde Heros, Herus, Ἡρακλῆς, Ἡρα, ἀρῆς < text from f 66r resumes >

Stellam Martis ab Ægyptijs quodque Molech vocari docet Kircherus in Prodr. Copt. c. 5, p. 147 et T. I. Oed. p. 5. 4. c. 15. p. 328 & T. 2. p. 1. cl. 6. c. 4. §. 2. p. 415. el Molech eandem esse cum Marte patet etiam ex sacrificijs humanis quibus hunc Deum placabant. Nam talia sacrificia Deum sævum cædibusque asuetum et sanguinis sitibundum indicant. Idem patet insuper ex Dei hujus nominibus compositij Adra-melech et Melech-artes quæ regem fortem seu Martialem significant Melicartem esse Phænicum Herculem affirmatur a Sanchoni atonei id quod etiam ex ludis agonalibus liquet. Nam Hyginus fab. 2 dicit quod Melicarti quinto quoque anno ludi Gymnici fiunt qui appellantur ἴθμια et Apollodorus l. 3. c. 4. Melicerti Istemiorum certamen Sisypho authore insitutum fuit. Ludi autem illi, perinde ut apud Græcos, fiebant Herculi 2 Maccab. 4. 18, 19. Vox ארית Arits (& contracte Arts) prævalidum et fortem significat ut in Persiam nominibus Artaxerxes, Arta-banus et similibus. Hesychius: Ἀρταῖοι, δὲ Ἡρώες παρὰ Πέρσαις: Artæi dicuntur Heroes apud Persas. Et quemadmodum ex hac voce fit Melicartes sic Latini ex *forti* Ma-vortem seu Martem formasse videntur Nam Latini a Phrygijs oriundi erant et Phryges præponebant particulam Ma ut in Μαζένς Iupiter: Hesychius Μαζεὺς ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυγί. His adde quod ex Molech vel Melech formatur Melitta nomen Veneris apud orientales: et ex hac vocum cognatione consequitur quod Molech sit Veneris vel maritus Vulcanus vel amasius Mars. Sed Molech Vulcanum esse nemo disputat

Belum ^[108] Pausanias hominem Ægyptium vocat. Hunc eundem esse cum Marte manifestum est cum primus fuerit qui gladio belligeravit & nomen bello dederit, ut Hyginus docet. Hestiaro scriptori vetustissimo (apud Euseb. Præp. Evang. l. 9) Belus dicitur Ζεὺς ἐνθάλιος, et ἐνθάλεος Homero et Lexicographis est Mars. Sic et Snidas in voce Θουρασ: Baal, inquit, in Assyriorum lingua *Martem bellorum præsidem significat.*

✦ < insertion from f 65v > Et hinc spolia bellica Iovi fferretrio dicata fuere, et apud Pausaniam et Plutarchum in vita Pijrrhi ἄρεος Ζεὸς Iupiter Martialis memóratu: et apud Cyrillum (lib. 3 cont. Iul. 1 pater Nini vocatur Arbelus id est Mars Belus. Nam Ari Martem ubi modo diximus signifi cat: ut cum Ar Moabitarum a Græcis vocatur Ἀρειοπολις id esturbs Martis, quinetiam Heraclém Indicam (cognominatum fuisse Belum Cicero probat, l. 3 de Natura Deor. < text from f 66r resumes > Id quod etiam manifestum est ex sacrificijs humanis quibus per inde placabatur atque Molech. Porro Baal et Molech eundem esse Deum constat ex vocum significatione consimili cum hæc Regem illa Dominum sonet. Constat etiam ex Dei hujus nomine Malachbelo ex utroque composito atque etiam ex vocum usu promiscuo. *Ædificaverunt excelsa Baali quæ sunt in valle Hinnoni, ad traducendum filios & filias suas Molecho* Ier. 32. 25. id est *ad comburendum filios suos igne holocausta Baali* Ier. 19. 5. Constat denique ex fulmine quo Iupiter Belus armatur. Nam fulmina quæ Cyclopes fabricant sunt amra bellica et Iupiter cui ista fabricabant <67r> non est Hammon sed Belus ille qui primus cùm gladio belligeravit

Cùm enim Iehovah quem Græci Ἰαὼ, Latini Iao-pater seu Iupiter dixere, nomen esset Dei æterni et supremi; gentes autem in superstitiones semper propensæ, ex mortuis hominibus Genios vivos, ex Genijs Divos potentes ac Deos cælestes, ex his Deos semper cælestes et ex horum maximo animam mundi totius ac tandem Numen immensum et omnipotens gradatim confingerent: factum est ut gens unaquæque Deum illumquem maxime coluerat pro Deo cælorum ac universi totius haberet ac Iovem propterea nominaret; dein Iovis hujus patrem quiscunque is fuerit, Saturnum nominando et filiorum fortissimum Herculem; Saturnos, Ioves, et Hercules complures effux ere. Sic enim Xenophon in *Æquivocis: Saturni"*, ait, *dicuntur familiarum nobilium regum qui urbes condiderunt serenissimi. Primogeniti eorum qui urbes condiderunt serenissimi. Primogeniti eorum Ioves et Iunones. Hercules verò nepotes eorum fortissimi. Patres Saturnorum Cæli, uxores Rheæ et Cælorum Vestæ. Quot ergo Saturni tot Cæli, Vestæ, Rheæ, Iunones, Hercules. Idem quoque qui unis populis est Hercules, alteris est Iupiter. Nam Ninus qui Chaldæis extitit Hercules, fuit Assyrijs Iupiter ninus igitur populis orientalibus, qua patuit antiquum Assyriorum in prium & nomien est Iupiter Belus et Chaldæis sapientibus Hercules; et Nini pater Belus quem Herculem esse pro bav^bimus, est assyrijs Saturnus et Chaldæis Iupiter, ac proinde is Hercules est, non Assyrius, non Chaldaicus, sed his antiquior, et propterea Ægyptius. Vnde qui Ægyptijs est Iupiter, hoc est Chamus, erit Chaldæis Saturnus et Assyrijs Cælus; et Noachus qui Ægyptijs Saturnus est erit Chaldæis Cælus et Assyrijs hysuranius. Nam Hysuranium Cæli patrem assyrij dicunt. Chaldæi igitur Iovem Ægyptio Iove juniorem colentes, incipiunt generationem Deorum a Saturni patre quem Cælum dicunt, et Assyrij Iovem adhuc juniorem colentes, genealogiam Deorum deducunt a Cæli patre quem Hysuranium vocant: et sic omnes incipiunt a Noacho; nam Hysuranip antiquiorem nemo statuit. Hic accinit ✦^[110] Eupolemus dum ait: *Babylonios dicere solitos, primum extitisse Belum qui Saturnus vulgo nominetur; <68r> ex illo autem natos esse Belum [Babylonium vulgo dictum] & Chanaanem. Illum verò [sc. Belum.] primum genuisse Chanaanem qui pater fuit Phœnicum. Ejusdem etiam [Beli] filium esse Chum" [lege Chus] Æthiopum patrem et fratrem Mestraini patris Ægyptiorum.* Belum Babylonij hic pro Iove quocunque accipiunt et Belum seu Iovem primum dicunt esse Beli Babylonici et Canaanis patrem hoc est Iovem Hammonem quem*

ipsi Saturnam vulgo nominant: deinde quis sit Belus ille primus plenius describunt dicendo quod Chanaan quem genuit sit Phœnicum pater & Chusi ai Mizraini frater.

Iam vero cùm Reges Assyriorum stirpe Arabica oriundi sint et a Saturno Iove et Hercule tam Ægyptijs quam Chaldaicis et Assyrijs in linea recta descenderint, atque eo nomine Hercules unusquisque sit Arabs & Arabum antiquissimus & maximus sit Chus cum gentes orientales in genealogia Deorum Hypsuranio antiquiorem non agnoscant' ideoque hic sit Noachus et hujus nepos Saturnus Assyrius quem Nini patrem esse probavimus sit aliquis e Chami filijs et propterea Chus; cum; Chald eorum Belus tam et frater Chanaanis quatu Hercules Ægyptius et utroque nomine Chami etiam filius Chus : his tribus argumentis manifestum est quod filius Arabs Chus < insertion from f 67v > abunde satis manifestum est quod chus sit Hercules Ægyptius. Id quod etiam ex divisione terrarum Ægypti inter filios Chami perspicuum est. Nam cum Osiris partes australes Antæus occidentales & Busiris boreales obtinerent, solæ manebant partes orientales hoc est Arabicæ, quæ darentur Herculi. Idem ad huc clarius patebit in sequentibus ex bellis quæ gessit victor totius prope generis humani existens. Nam venerationibus more Arabum addictus & captu ferarum audacior effectus. postquam bella doco maxima in Ægypto cum clave confecerat alterum contra Gigantes et alterum contra Patrem suum & Ægyptios, is ferro se armavit Vulcani fratris ministerio et in terram Sennaar cum filijs profectus familiam Semi subegit, (um cujus victoriæ memoriam truumphus annuus Orgijs Bacchi institutus fuit ac toto fere Oriente ad usque Roma norum tempora celebratus fuit,) deinde vero terris undique peragratis et populorum reliquijs ad Indiam usque subactis, regimes omnes inter filios distribuit, & filium fortissimum Nimrodum in Assyria & Mesopotamia locando fundavit imperium Assyriorum. Iam vero qui author extitit bellorum et bella tanta confecit pro Deo bellorum merito habendus est. Sedpriusquam bella Asiatica et origines regni Assyriorum exponam ordo-rerum postulat ut quæ ad Ægyptum spectant enarrem < text from f 68r resumes >

<67v>

Cap 5 Quod Mizraim sit Osiris et Serapis et Menætius & Dis vel Pluto

<68v>

Cap. 5 Quod Mizraim sit Osiris et Serapis et Menætius & Dis vel Pluto quodque Mizraimi filius Pathros sit Orus vel Apollo et quod filiam habuit Bubastem seu dianam et filium nothum Thoth seu Mercurium primum

<69r>

non est Hammon sed Belus ille qui primu{s} cum gladio belligera{tist}

Iam verò cum Iehovah quem Græci Ιαώ, Latini Iao=pater seu Iupiter dixerunt nomen esset Dei æterni et supremi; gentes autem in superstitiones semper propensæ, ex mortuis hominibus Genios vivox, ex Genijs Divos potentes, ac Deos cælestes ex his Deos semper cælestés et ex Deorum maximo animam mundi ac tandem Numen im{n episum} et omnipotens paulatin confinxerent: : factum est ut gens unaquæque Deum illum quem maxime coluerat, pro Deo cælorum et universi totius haberet ac Iovem propterea nominaret ; dein Iovis patrem quiscunque is fuerit, appellaret Saturnum et filiorum fortissimum Herculem Saturnum, et filiorum fortissimum Herculem. Sic enim Xenophon in *Æquivocis*: *Saturni*, ait, *dicuntur familiarum nobilium regum qui urbes condiderunt serenissimi. Primogeniti eorum Ioves et Iunones. Hercules verò nepotes eorum fortissimi. Patres Saturnorum Cæli, uxores Rheæ et Cælorum Vestæ. Quot ergo Saturni tot Cæli, Vestæ Rheæ, Iunones, Hercules. Idem quoque qui unis populis est Hercules, alteris est Iupiter. Nam Ninus qui Chaldæis extitit Hercules fuit Assyrijs Iupiter.* Xenophonti auinit. Eupolemus (apud Eusebium Pr. Evang. l. 9. c. 17.) dum ait: *Babylonios dicere solitos primum extitisse Belum qui saturnus vulgo nominetur quique Belum alterum cum Canaane susceperit.* Ninus igitur Assyrijs est Iupiter Belus & Babylonijs Hercules, & Nini pater Belus quem Herculem esse probavimus est Assyrijs Saturnus, & Babylonijs Iupiter, ac proinde is Hercules est, non Assyrius, non Babylonius, sed his antiquior et propterea Ægyptius. similiter Chamus qui Ægyptijs est Iupiter, Chaldæis erit Saturnus et Assyrijs Cælus, , et Noachus qui Saturnus est Ægyptijs, erit Cælus chaldæis et Hypsuranium Assyrijs. Nam Hypsuranium Cæli patrem Assyrij statuunt. Chaldæi igitur Iovem Ægyptio juniorem colentes, incipiunt generationem Deorum a Saturni patre quem Cælum nominant, & Assyrij Iovem ad huc juniorem colentes, genealogiam Deorum deducunt a Cæli {illeg} hic patre quem {Hypsuranum} vocant. Et sic omnes incipiunt a Noacho. Quæ de Assyrijs dicuntur de Syris quoque intelligenda sunt. Nam horum idem fuerat imperium et eadem Philosophia complector etiam Syros propterea quo ominium idem fuerat Imperium et eadem Theologia.

<69v>

Porro Cæli uxorem quam Xenophon Vestam nominat, Assyrij vocabant Titiam id est Terram a voca טיט lit qua lutum significatur et inde filios cæli nominabant Titanes hoc est terrigenas. Deoque Titanes in Assyriorum Theologia sunt filij Chami. Nam in ea Chaldæorum vix aut ne vix quidem occurrunt, nisi quatenus scriptores Græci et Latini Theologiam utramque confunderunt inter se.

Quinetiam Chus regiones omnes ab Arabia ad Indiam usque devicit et inter filios distribuit ut ex filiorum sedibus manifestum est. Quinetiam Chus regiones omnes in circuitu sinus Maris Persici occupavit et inter filios d

Quinetiam Chus filios suos omnes Seba, Chavila Sabta , Regma, & Sabteca ex Ægypto deduxit et regiones omnes in circuitu sinus Persici a se occupatas inter eosdem distribuit

Consedit enim Regma cum filijs Sheba et Dedan in angulo orientali Arabiae felicitis ad ostium maris illius ubi " urbes Regma et Dedan et Montes Sabo populique Sabæi a Mela memorati: deinde Seba Seba (Iemanitarum utique pater Chaldæam cis Regma, tum Chavila inter ex Ægypto in orientem ducit (Gen 25. 18.) 1 sam. 15.7). Scænibus id est {illeg} abater et {Aoarems} ad orientem adjacentes (Plin.) sic ut in medio ferme inter Nabateos et Agreos seu Agarenos consistere vide {rentur} (Strabo l 16 p 767 & dionysius) Nabateis scilicet ab occidente in austrum et Agarenis ab occidente in Aquilonem vergentibus. Nam Agaréi habitabant ad orientem Galead l Paral. 5. 10, Nabatin autem ad Austrum Iadæ inter mare rubrum et Chavila. Ultra Chavila ad et Babyloniam jacet susiana quæ Græcis est κίτια, Chaldæis Cuth, Hebreis atque incolis propijs Chus et Persis Chusestan id est Provincia Chus: adeo ut ipse Chus in hac regione. sedisse videatur Sed et Susianis proximi ab oriente sunt etiam Cossæi, supra Cossæos ad septentrionem Mesabatene. Hic et in insula Sophta et vicinis Persiæ regionibus orientem versus usque ad Stobæos sedebat sabta, dein Sabteca in australem parte Carmaniæ ad ostium sinus Persici locabatur. De quorum omnium sedibus Bochartum consulas.

<70r>

Et his præmissis dico jam quod chus sit Ægyptiorum Hercules idque ob rationes sequentes.

Ex jam dictis mani festum. Est quod reges Assyrij qui genere Arabes fulre descenere ex Saturno Iove & Hercule tam Ægyptijs quam Babylonijs et Assyrijs in linea recta, adeoque quod Hercules Ægyptius sit Arabs. Ostendimus etiam quod Hercules ille sit Belus Nini pater quem omnes Arabem esse agnoscunt. Vnde cum Hercules iste bello gigantum interfuit & sit Iovis Ægyptij filius necesse est ut hic sit Arabumpater primus Chus. Igitur Nimrod non est Belus, ut vulgo creditur sed ejus filius Ninus. Et nomina congruunt si modo Nimrod fuerit נִיְרוֹד־נִן Nin-rod, id est Ninus Dominus.

Præterea ✦ < insertion from f 69v > ✦ præterea cum Chaldæorum Iupiter sit junior Ægyptio, Chaldæi uti diximus non incipiunt genealogiam Deorum a Saturno sed ab ejus patre quem Cælum nominant; et eadem de causa Syri qui Iovem adhuc junionem colunt, num vocant: et Hypsuranio antiquiorem nemo statuit. Hic igitur apud Assijrios est Deorum antiquissimus Noachus et ejus nepos Saturnus Assyrius idem est cum Noachi nepote Chus. Iam vero Saturnum Assyrium eundem esse cum Iove Belo, hoc est cum Hercule jam ante probavimus. < text from f 70r resumes > Gentes orientales in genealogia Herculis Iovis Saturni et Cæli non altius ascendunt quam ad Hypsuranium Saturni avum et propterea hic erit Deorum antiquissimus Noachus juni jam dictum est et ejus nepos saturnus Assyrius idem erit cum Noachi nepote Chus. Iam vero Saturnum Assyrium eundem esse cum Iove Belo hoc est cum Hercule probavimus.

Adhæc Iupiter Neptunus et Pluto pro filijs Saturni ab omnibus habentur. Neptunum vero et Plutonem esse Typhonem et Osiridem jam ante ostendimus et plenius probabimus in sequentibus: ac proinde horum frater Saturnus esse chamus, et Chaldæorum est hæc Theologia. Chaldæorum autem Iupiter est Nini pater Belus, ideoque is erit frater Neptuni et Plutonis et filius chami, et propterea primus Arabumpater Chus. Hic est Iupiter ille qui

orbem inter seipsum et fratres divisit deditque Plutoni regnum inferorum ob cædes quas intulit Ægyptijs, Neptuno regnum maris hoc est regionum maritimarum ad Herculis columnas, & sibi ipsi dominium cæli hoc est regnum illud altissimum et maximum quod condidit in Babylonia. Nam cælum pro dominio amplissimo et regnum cælorum pro regno maximo a mythicis sapientibus et Prophetis antiquis usurpabatur. Porrò Belum hic per Iovem cælorum regem designari manifestum est ex theologia Orientis Belus est quem Phænices (inquit Sanchoniathon) *vocant cædominum Beelsamen* id est Iovem Olympium uti ab alijs no{illeg}natur. *Belus est Vranus et Iupiter*: Hesychius. Hic est cælestis ille fulminator qui primus gladio belligeravit et cui cyclopes fulmina bellica fabricant. Nam apollodorus lib. 1 de bello Titanum verba faciens: *Tum, ait, cyclopes Iovem tonitru fulgetraque & fulmine, Plutonem autem galea, et Neptunum tridente condonarunt. His illi telis armati Titanas subigunt, dein rerum imperium sorte inter se partiuntur ac Iovi quidem Cæli regnum, Neptuno maris, Plutoni autem inferorum loca oblikerunt.* Iupiter, Neptunus, Pluto, et Cyclopum pater sunt quatuor filij Chami, et bella hæc gesserunt inter se,

<70v>

Cum igitur Reges Assyriorum qui ab Arabi originem deducant, patre chur a Saturno Iove et Hercule Hercules et eo nomine Hercules unus quisque Arabs; cum gentes orientales in genealogia Deorum Hypsuranio antiquiorem non agnoscant ideoque hic sit Noachus et hujus nepos Saturnus Assyriu{s} quem Nini patrem esse probavimus sit aliquis e Chami filijs; cùm Belus Chaldaicus sit et frater Chanaan et sit Hercules Ægyptius et eo etiam nomine Chami filius: his quatuor{r} argumentis manifestum est quod Chami filius et Arabum pat{er} Chus sit Hercules Ægyptius. Igitur Nimrod non est Belus ille qui Nini fuit pater sed Belus Assyrius qui idem fuit cum Nino. Et nomina congruunt si modo Ninrod fuerit נין רוד Nin-rod id est Ninus dominus. Certe Assyria Cujus Metropolis Nineve a Nino nomen habuit Hebrais erat terra Nimrodi Mica. 5. 6

Et quemadmodum sacræ literæ imperium Assyriorum a Nimrodo deducunt, sic scriptores Gentiles Ninum ejusdem conditorem colebant. *Primus omnium Ninus rex Assyriorum veterem et quasi avitum gentibus morem nova imperij cujuditate matavit. Hic primus intulit bella finitimis & rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque Libyæ perdomuit.* Iustin. l. 1. *supra Ninum a quo Semiramis secundum quosdam creditur procreata, nihil præclarum in libros relatum est.* Marob. Somn. Scip. l. 2. c. 10. *Primus Assyriorum Rex Ninus Beli filius regnavit omni Asiæ &c* Euseb. Chron. Idem ex religione Assyriorum confirmatur, quibus utique Ninus fuit. Deorum maximus Iupiter Belus Nam gentes Regnorum suorum Conditores apprime concelebrant et venerantur. Ninumtamen non solum omnia gessisse sed patris auspicijs regnum inchoasse e Diodoro discimus, sic scribente: ^{d[111]}rimus inter eor quorum historiæ memoriam propagarunt, Ninus — — dimisit. Ariæus ^[112] iste, qui per ea tempor Rex Arabum fuerit, non alius esse potuit quam Arabum omnium Pater ac Dominus chus. Is autem ex nomine Ao{illeg}ί{ov} et tempore belli ac gentis fortitudine dignoscitur esse bellorum author ac Deus Αρης. Hic igitur est Nini pater Belus qui gladio permùm belligeravit sed postquam armis suis filium in Solio Babylónico locaverat vel sponte vel potius a filio pulsus in Arabiam recessit, ac tandem a Chaldæis quos ex Ægypto in Babyloniam ubi diximus traduxerato, pro Iove Belo cultus

est. Id vel ex Chaldæorum nomine confirmatur; quippe qui Hebraicè כשדים Chasdim hoc est Chasij seu filij vel discipulin Chus dicuntur. Confirmatur etiam ex locorum nominibus in imperio Babylonico. Nam regio Susiana quæ trans Babyloniam ac Tigrin jae{t} a^{a[113]} Græcis κίαπα et Κοουέα, , Cissia, et Cossea, a^{b[114]} Chaldæis כוּת Chuth ab^{c[115]} Hebreis terra Chus. & a Persis Chuzestan id est provincia Chus: " Sic Dom. Mar.Niger Geog. Asiæ Com.5: Susiana Provincia inquit sequitur, quam quidem in <71r> et contra Babylonios Chaldæi autem Saturno tres tantum filios reges hic assignarant tum quod cyclopibus devictus et sic servitutem redactis imperium nullum concederent, tum etiam quod Canaan secundum eorum Theologiam non frater esset Nini sed filius, uti jam ante ex Eupolemo audivimus.

Quartò observandum venit quod Arabes, uti author est, Herodotus duos tantum deos coluere alilat et Vrotals, seu Venerem uraniam et Dionysum. Vnde Arrianus lib. 7 scribit quod Alexander magnus, *ubi audisset Arabes duos tantum Deos colere, Vranum scilicet [vel potius Vraniam] et Dionysum & dionysum quidem [eos colere] ob famam ducti in Indos exercitus: non indignum censebat se, qui pro tertio Deo apud Arabas haberetur quippe qui rebus gestis dionysio nequaquam inferior esset.* Dionysus iste ex Indica expeditione idem esse dignoscitur cum hercule.. Nomine Dionysi significatur Iupiter de Nisa, et Nisa ista ideoque hic erat Arabum Iupiter Belus ffuit enim urbs erat Arabiae inter Phæniciam et Nilum prope Sarbonidem lacum. Nam Dionysum ibi educatus fuisse Diodorus scribit. Ex urbis autem hujus situ colligo quod Arabes sub initio ex Ægypto progredientes coloniam hic locaverant duce Dionysó; Et ex nomine Iovis quod Dionysus fuit Chaldæorum Belus & Assyrijs Beli filius Ninus, ac denique ex conjuncto cultu Dionysi et Veneris quod dionysus quem Arabes coluere fuit Veneris amasius Mars a Babylonijs Belus dictus Deus autem qui genere Arabs fuit et que Arabes unice coluere vix alius esse potuit quam eorum omnium pater communis Chus. Nam quemadmodum gentes singulæ Deum illum apprime colebant qui vel gentem condiderat vel imperium: sic etiam Arabum gentes ideam fecisse credentum est, præsertim cum hæ semper invictæ mensere nec adduci unquam potuere ut multiplices aliarum gentium Deos reciperent. Scribit Lucianus in Dialogis 9 in Vera Hist. l. 1) quod Bacchus Herculem ad usque Herculis columnas comitatus sit. Vnde colligitur quod Bacchus fuit ex Herculis familia. Vnde cum Bacchus Nisa urbe Arabia oriundus sit erit Hercules etiam Arabs & propterea Arabum omnium pater. Si Bacchus, a Syris dicatur pro כוש בר Bar Chus, ut Dammasek (Damascus) pro דרמשק Darmasek, et Ιακαρος a Græcis pro {illeg} ο-γος, is filius erit Chusi: ideoque si Lucianus natione syrus, seculus sit syrorum Theologiam qua dionysius pro Nino usurpatur, 9 nam et Bacchum pro more Syrorum juvenem esse statuit) eret Bacchi pater Chus idemcum Belo.

quinto hæc omnia ex prima Herculis

<71v>

Et hinc factum est ut non solum Arabia sed etiam regia tranetigritana Susiana olim terra Chus et κίαπα et Chuzestan seu provincia Chus & populi his finitini Cossæi nominantur quodque utque Hercules ad Indiam usque iter suscipisse diceritur, scilicet ut suorum colonias in Persia et Carmania regionibus intermedijs locaret et quod Persa viros nobiles

et magnates appellerent Artæos Nam Artæus epithetor erat Herculis (ut in nominibus Melicarte, Chus-arta, M-arte) et & ad ejus atirpam & similes primitus spectabat. Ἀρταίοι ὁ Ἡρώες παρὰ Πέροαις Hesychius. et Nimrodus ἀδελπὸς τῶν ἠρώων: Methodius.

chuso igitur terras undique inter filios distribuite, Nimrodus filiorum fortissimus terram Sennaar et mox Assyriam quoque subjugavit. Nam Assyria erat terra Nimrodi (Mich. 5.6) hoc est (juxta dialectum sacrarum literarum) terra populi qui ab eo descenderant *Exordium regni ejus*, inquit Moses, *erat Babyl et Erech & Accad & Calneh; ex terra illa exivit in Assyriam et condidit Nineven et Rehoboth & Calah et Resen*; id est exivit cum copijs & populis devictis colonias suorum illis locavit quæ paulatim in urbes maximas crevere. a quibus urbes sunt conditæ Nam in sacris litteris reges e terris proprijs in alienas exire dicuntur qui exeunt cum copijs ad bellum et urbes per eatempora condibantur ubi considebant² coloniæ¹ Nimrodus igitur cum fratres fortitudine superaret & ex Venatione ferarum bellicosior evasisset, regiones mediterraneas quæ latius paterent et populis magis refertæ essent obtinuit, et sic imperium omnium amplissimum et maximè diuturnum fundavit, imperij sede de Babylone ad Nineven translata. Nam cum primi nomines a regionibus transtigritanis ubi Babel (ut Hebraice dicitur) conderent, et inde colonias in terras omnes mitterent quæ in varias linguas mox abiere, urbs autem Babel populis sic evacuata condi id est augeri disijt (Gen concipiendam est quod Chus cum ex Ægypto profectus esset hanc urbem primò aggressus sit, utpote quæ et Ægypto propior esset et, Orientalium metropolis quodammodo existeret; ex quod orientalium reliquijs illic devictis imperium ibi inchoavit. Nam et hujus rei memoriam Babylonij et phænices retinuisse videntur dum Belum Babylonem condidisse et in ea regnasse scribarent. Cæpit igitur imperium in Babylone et urbibus vicinis terræ Sennaar ut Moses scribit: at postquam regni sedes ad Nineven translata fuit, excrevit urbs illa in immensam (Ionah 3. 3) & Babylon neglecta jacuit, donec per divisionem regni Assyriorum ea regni novi metropolis evasit cujus exordium Isaias sic describit. Ecce terra

Igitur Moses cum originem regni assyriorum describere vellet millit Chusum Arabum omnium patrem et incipit ab Assyriorum patre et rege primo Nimrodo.

id est primus Assyriorum rex Nimrodus devictis semi posteris regnavit primum cum patre et fratribus in terra Senaar, deinde exivit cum {illeg} in Assyriam ut populos ibi etiam viacerent & colonias illid locaret a quibus regni Metropolis Nineve aliæque urbes novæ sunt conditæ

<72r>

Porro confirmantur hæc omnia ex numero et sedibus filionum Chami e Diodoro memorialis. Nam si Osiris Atlas et Busiris fnt ut Hercules sit Chus; et si Osiridi regiones australes Atlanti occidentales & Busiridi boreales (uti dictum est) concessæ fuerint relinquentur Herculi quæ ad Orientem spectant hoc est Arabicæ, Dionysium, qui Hercules est, in Nisa Arabiæ urbe vixisse concedunt omnes. Illuc coloniam ex Ægypto traduxisse ut inde in regiones ulteres migraret, patebit ex locorum situ et nominibus. Ægyptas enim olim dicebatur regio illa sola quam Nilus inundat. Hæc a montibus Æthiopiæ ad Mare mediteraneum in longum producitur latitudine raro superante stadios

trecentos. Adlatus utrumque sunt montes et loci steriles et arenosi: & regio omnis inter Ægyptum et mare rubrum sterilis et ad Arabiam refestur. Ex Ægypto in Syriam et Arabiam patet exitus unicus juxta urbem Pelusium quæ mari Mediterraneo adjacet. Hinc pergitur in Arabiam itinere duplici, altero per urbem Heroum quæ ad maris rubri sinum intimum sita est & altero per Montim Casium et lacum Sirbonidis juxta mare mediterraneum. distat urbs Heorum a Pelusio stadijs 900 & nomen desumpsisse videtur ub Hercule et filijs. חורים Horim Hebreis sunt liberi seu Princepes liberè educati{o} et Heroes. Ita nominantur Babylonij Principes Isa. 34.12. Vnde Liber pro Baccho, et Heros pro Principe forti et magnanimo. Nec inmerito Nimrodum Methodius appellat ἄδελφὸν τῶν Ἡρώων.

Sexto quod Hercules sit Arabs colligitur eitam ex ipsius moribus & vioendi ratione. Nam Pastor fuit et venationi addictus et rapinis ac bellis vir agrestis existens et turbulentis & sævis. Nam et boves aliorum rapuit et alios ipsius boves suffurantes occidit, et terram a bestijs repurgavit; unde nomen Martis Sylvani et Sileni ei datum, Nam Silenum esse Herculem ex imperij sede liquet. *Primùm omnium Nisæ aiunt imperasse Silenum* : Diodor. l. 3. Ex agresti autem hocce vivendi ratione et fortis et rapax evasit. Et tales omnino sunt Arabes. Vivunt ex armentis et gregibus et feris captis et avibus

<72v>

Chaldæorum! iste populus aliquando non erat cess{yrius} davit eam Deserticol{ij} erexerunt arces ejus, suscitaverunt palatia ejus. Posuit ({aint}[Assyrium] eam in ruinam. Hoc est Qui Chaldæi nunc sunt aliquando populus non erant sed Assytijs parere sed ex varijs populis in unam gentem non {ita propes} coa {ein prius vel} vel vagarentur in Australiæ & ex varij populis in unam gentem non ita pridem coaluere desertis. Populus Assyrius per regni sui divisionem fundavit eam pro Arabibus scenitis et maxime suum habuere. Nam hi ab Assyrias adsciti & congregati erexerunt arces Babylonis metropolis et suscitaverunt palatia ejus. Sed Assyrijs posuit eam a. Medis et Persis vastandam. Hæc Isaias annis plus centum ante postquam Babylon sub regibus pro regnam Nebuchodonosoris. Nam prijs in hunc modam reciverar ea tandem a Nebuchosondoro mænibus angustissimis alijsque operibus splendidissimis ornata fuit 9Dan. 4. 30. Berosus apud Ioseph l. 1 cont. Ap.) quæ omnia Ctesias et ejus sequaces Semiramidi falso attribuant.

Nimrodum vero eundem esse cum Nino plenius patebit ex Mose cum alijs scriptoribus collato. Nam quemadmodum Moses imperium Assyriorum a Nimrod conditum tradat et quod in Babylonia primum regnavit deinde ex terra illa exivit in Assyriam ibique Nineven et urbes alias (Gen 2) ideoque Assyria terra Nimrodi dicitur. condidit, sic etiam scriptores Gentiles et Imperium Assyriorum et imperij metropolin Ninevem seu ninum a Nino condi{tuon} docent. *Ninum Ninus*

Nimrodum vero eundem esse cum Nino plenius patebit ex Mose cum alijs scriptoribus collato. Nam quemadmodum Moses (Gen. 2) imperium assyriorum a Nimrodo conditum docet et quod is in terra Sennaar primum regnavit seinde ex terræ illa exivit in Assyriam ibique Ninevem et urbes alias condidit (ubi viri doctiores textum interpretatur) Et inde

Assyria vocatur terra Nimrodi Mica 5.6: sic etiam scriptores Gentiles et imperium Assyriorum et imperij illius metropolin Nineven a Nino conditum docent *Primus Assyriorum rex Ninus* — — — — *vocavit Nineven*. Euseb. Chron. . *Ninus est Assyriorum urbs quam Ninus Semiramidis maritus condidit in Altu ria* Suidas in Nino. Idem tradunt D. Augustin. de Civ. Dei. l. 16. c. Strabo l 16 sub initio. Diodorus l. 2.

Assyrij primùm omnium gentium rerum potiti sunt. Et paulo post *Inter hoc tempus [id est Carthanibus delatae] et tritium Nini regis Assyriorum qui princeps primus rerum potitus, intersunt anni 1995*. Velleius l. 1. *Primus omniam Ninus* — — — — Macrob. Somn. Scip. l. 2. c. 10.

Primum omni Asiæ regnasse Ninumm Beli filium, omnes et Græcæ et Barbaræ narrant historiæ: qui apud Assyrios Ninua sui nominis condidit civitatem quam Hebræi vocant Nineve. Hieron in Ose, 2. *Omnes Historiæ antiquæ a Nino incipiunt, omnes Historiæ Romanæ a Proca exoriuntur*. Oros. l. 2. c. 2

<73r>

Cap. 5

Quod Mizraim sit Osiris et Serapis et Menætius & Dis vel Pluto quodque Mizraimom nati sint filius Orus seu apollo et filia Bubaste seu Diana et filius nothus Thoth seu Mercurius primus.

Osiridem et Isidem Ægyptios fuisse in confesso est cum sepulchra eorum illic religione asservarentur & resum ab ipsis gestarum ostenderentur loca. Ægyptiorum ^[116] urbes omnium antiquissima ab ipsis et eorum æqualibus conditæ sunt & leges Ægyptiacæ primum ab Isidæ positæ dicuntur: ideoque hic duo primis ætatibus florere. In memoriam inventionis frugum et aratri Ægyptij semper ^[117] invocabant Isidem tempore messis & in festo b Isidis vascula triciti et hordei circumferebant. Ideo Serapidis etiam Idolum gestabat modium frumenti in capite & Boves quibus terra colebatur tam Isidi quam Osiridi magna cum solemnitate consecrabantur. Vnde cum fruges in ætate argentea inventæ dicantur consequens est ut Osiris tunc vixerit; et propterea sit Ægyptiorum Pater communis Misraim. Nam et Herculi Ægyptio coævum & Ægypti totius Dominum ^[118] Diodorus tradidit. Vnde Ægyptij omnes Osirim et Isim tanquam communes gentis totius parentes quam religiosissime colebant. Testis est Herodotus l. 2: *Ægyptij ait, non colunt similiter Deos eosdem præter Isim et Osirim*. Quam latè diffusa fuit posteritas Misraim tam latè propagatus fuit horum nommium cultus et vix ultra.

Diodorus dicit ^[119] *Saturnum genuisse, ut fabulantur quidam, Osirim et Isidem ut verò plurimi asserunt Iovem et Iunonem et ex his natos esse Osirim Isidem et Typhona*. Scilicet Chaldæis qui per Saturnum intelligunt Hammonem, Osiris et Isis sunt filij Saturni, cæteris sunt filij Iovis atque adeo omnium consensu{o} sunt filij Chami. Rursus Diodorus scribit ^[120] quod <74r> in columnis Isidi et Osiridi in Ægypto erectis Saturnus natu

minimus dicitur pater Isidis et Osiridis et Isis mater Ori. Saturnus natu minimus est chaldaicus quem utique, Ægyptij a pastoribus illis regnantibus id est Chamus acceperant, Hæc omnia Diodorus iterum confirmat ^[121] scribendo quod *Osiris sit filius Iovis regis Ægypti quem Ammonem vocant.*

His adde quod Sanchoniatho, scriptor longe vetustissimus et curiosus originum historicarum investigator, tradit quod *Isiris (trium literarum inventor) sit frater illius Xva Chna qui primus postea Phœnix vocatus est.* Cananæi qui in bellis Iosue ex omni terra chanaan in Africam migraverant, nominabantur Pæni seu Phœnices, et septuaginta interpretes pro Canaan substituunt Phœnicem et propterea Phœnice et terra Canaan sunt voces ejusdem significationis. Vnde Phœnix ille primus seu pater Phœnicum hic dictus Chna idem est cum Cananæorum patre Chanaan. Nam et terra Chanaan per similem vocis decurtationem olim dicebatur Chna et populus Chnaus. Stephanus Byzantinus in libro de Urbibus: *Χνὰ οὕτως ἡ Φοινίκη Φοινίκη {ἐ}χαιετο* et paulo post *τὸ ἐθνικὸν ταύτης Χνάος.* Vox Chanaan, perinde ut voces Hammon, Babylon Lycaon & similes, terminatione heemantica, uti diximus, redundat. Vox primitiva est chana humilis (q. d. servus servorum Gen. 9) et contractè Chna. Igitur Osiris est frater Chanaan et propterea filius Chami et Ægyptiorum pater Misraim.

Quæ hactenus exposita sunt confirmabimus adhuc ex Sanchoniathone. Is generationes Deorum a principio mundi recensens, et singulis generationibus Deos binos & nonnunquam ternos nominans, generatione decima loco Xisuthri vel Noe qui Chaldæis et Mosi decimus est, ponit Agrum et Agricolam, dicitque Agricolam in veterum libris, Deorum maximum elogio plane singulari nominari & ab his duobus Agricolarum et Venatorum (i. e. Ægyptiorum et Arabum) genus propaga <75r> tum esse quodque filios reliquere *Amynum et Magum quibus Villarum gregumque alendorum rationes feruntur acceptæ. Ex istis nati Misor et Sydnyc, Misor filium Taautum habuit primorum in scribendo elementorum inventorem quem Ægyptij ^[122] Thoor, Alexandrini Thoyth, Græci Hermetem nominaverunt.* Desumpta sunt ista partim ex Ægyptiacis partim ex Chaldaicis monumentis ideoque duplex Deorum stemma hic describitur, alterum Ægyptiacum Deorum Agricolæ, Amyni, Misor et Thoth alterum Chaldaicum Deorum Agri Magi Sydic et Dioscurorum. Nam Genus venatorum et Agricolarum qui ab Agro et Agricola descendisse dicuntur sunt Arabes et Ægyptij. His pater primus Noe nomine Agricolæ celebratur, illis nomine Agri seu Venatoris agrivagi. Nam Ægyptij agros colebant et Arabes a quibus ^{a[123]} orti erant Chaldæi) æ pecoribus et captis feris vivebant. Vtrique patrem primum sibi similem esse voluerunt, et Ægyptij quidem verè, cùm Noe verè fuit Agricola & agricolarum omnium pater. Porrò ex Agricolæ elogio quod sit Deorum maximus, ex ejus ordine in genealogijs quod sit decimus a creatione mundi, ex ejus filio Amyno id est Amon seu Ham et nepote Misor id est Misraim, liquet hunc esse Noe. Ex Mercurio autem adjuncto confirmatur Amynum esse Iovem Ammonem et Mercurij patrem Misor esse Osirim. Nam Mercurius erat ^{b[124]} Osiridis filius et tam ^{c[125]} Aovis Ammonia quàm Osiridis minister & scriba. Ager atque qui Agricolæ synchronus ponitur est etiam Noe et ejus filius Magus est Cham sic dictus ab Orientalibus quod esset Philosophorum pater. Arabes pastores erant et id circo gregum alendorum rationes Mago acceptas hic referunt; idque meritò cùm Hamon ob inventas gregum alendorum rationes cornibus arietinis semper pingatur. Liberi Sydic ad Sanchoniathone dicuntur *Διὸς χοῦροι*

Iovis filij ideoque Sydic Iovis est cognomen & Iovem chaldæorum hic significat, id est Herculem Ægyptium. Vnde cùm <76r> Sydyc et Misor fratres hic statuuntur, Misor ille necessariò erit Misraim. Est enim Misraim nomen duale et non tam patrem populi populum ipsum significat, nempe duplicem Ægyptum,superiorem quæ Thebais dicitur et inferiorem ad ostia Nili. Sigulare est Misor, a quo et mensis ultimus Ægyptius dictus fuit Mesori et Ægyptus nonnumquam Masor (2 Reg. 19, 24. Isa 19. 6. Mich. 7. 12) ejusque Metropolis Alexandria usque hodie ^{a[126]} a Saracenis Meser.

Iam vero Masor seu מצור locum munitum vel angustum significat a primitivo צור Sor coarctare. Vnde צר Sar angustus vel angustia. Ægyptus enim rupibus et fluvio Nilo muniabatur undique et quoad latitudinem valde angusta erat. Hinc Ægyptij pro Masor dicebant sor vel Sir ut in vocibus Bu-siris, Cala-siris, Pelo-siris, in Niliparte quadam quæ nominabatur Siris, in stella Sirio, in Deo Serapide. Nilus et Stella Sirij erant Osiridi sacri et propterea ab ejus nomine Ægyptiaco dicti Siris et Sirius id est si terminationes a Græcis adjectæ omittantur, Sir. Vnde Nilus (Ios. 13. 3 & Jer. 2. 18) ab Hebræis dicitur Sihor. Sarapis autem erat Bos Osiridi sacer quem alias Apin nominabant, et voce composita Sar-Apin id est Osiridis bovem: quo nomine Idolum Sarapidis etiam vocabatur. Osiridis igitur nomen Ægyptium erat Sir, pro quo Græci (in hujus Dei sacris solennibus, funebres Ægyptiorum planctus *Nomen Serapidis compositum ex Osiride et Apide factum est Osirapis* Clem. Alexandr. admon. ad Gentes. et frequentes exclamationes *צר אר* O Sir ! audiendo) dixerunt Osiris. Plutarchus enim (in Iside) conqueritur quod nomen Osiris non sit Ægyptium sed a Græcis formatum, at nomen Sarapis pro Ægyptio agnoscit. Præfecerunt igitur Græci particulam O, et propterea Misraim Misor et Osiris non solum nomina sunt unius et ejusdem hominis sed etiam unum et idem nomen

Apin vero et Serapin eosdem esse cum Osinde et his omnibus Plutonem significari pluribus constat. *Plerique Sacerdotum*, inquit Plutarchus, *in idem aiunt recidere Osirin et Apin*, <77r> *enarrantque et docent nos Apin esse intelligendum formosam animæ Osiridis imaginem.* et ^[127] Eusebius: *Apis, ait in Ægypto primus Deus putatur quem quidam Serapin vocant Tauri sacri, inquit Diodorus, tum qui Apis tam qui Mnevis vocatur ut Osiridi dicati sint et pro dijs colantur apud universos promiscue Ægyptios sancitum est.* Et alibi: *Osirim modo Serapin modo dionysum interdum Plutonem putant.* Sic etiam Plutarchus: *Præstat ait Osirin cum Baccho eundem facere & cum Osiride Serapin.* Et alibi: *Isis et Osiris Θεων ζῆ} δαίμόνων Deorum et Manium permixtis honoribus coluntur, ubique magna maxima autem in rebus supra et infra terram potentia præditi, neque verò Serapis alius est quam Pluto aut Isis a Proserpina differt: ut et Archimachus Euboensis docuit et Heraclides Ponticus qui oraculum Canopicum Plutonis esse judicat.* Sic etiam ^[128] Porphyrius: *Serapis idem prorsus qui Pluto Deus est, eoque maximè Dæmonibus imperat.* Macrobius ^[129] verò conjungendo cultum Serapidis et Isidis docet Cerberum canem infernalem ad Serapidis pedes pingi solere. Alexandria, inquit, *erapin atque Isin cultu pene allonitæ venerationibus observat.* Et paulo post: *Serapidis simulacro signum tricipitis animalis adjungunt, quod exprimit medio eodemque maximo capite leonis effigiem, dextra parte caput canis exoritur mansueta specie blandientis, pars verò læva cervicis rapacis luci capite finitur: easque formas animalium Draco connectit volumine suo, capite redeunte ad Dei dexteram qua compescitur monstrum.* Hoc monstro designari videntur Osiridis fratres. Plutonem verò cum Cerbero hic pingi ^[130]

[130] Plutarchus expresse docet. *Statuam Plutonis, inquit, cum Cerbero et Dracone exculptam non alterius esse quam Serapidis Ægyptij Sacerdotes docuerunt, quod Ægyptij Serapidis nomine Plutonem afficiunt.* Sic etiam Tertullianus: [131] *Suggestus illius quod caput Serapidis ornatum est, modialis figura, frumentationis memoriam obsignat; & curam frugum super caput ejus fuisse, ipsis spicis quibus per ambitum notatur, apparet. Propterea et canem quem apud inferos deputant, sub dextera ejus dicaverunt, quod sub manu ejus compressatus Ægyptiorum Et Phariam adjungunt quam filiam regis Farao derivatio nominis esse demonstrat.* Hæc Tertullianus Serapin & Phariam de Iosepho et ejus uxore interpretatus, cùm tamen Pharia reginam Ægypti sonæt, et ipsa sit Isis ut Minutius Felix et Eusebius [132] expresse docent

His adde quod Nilus fluvius quem Osiridi sacrum <78r> fuerunt, sic decantatus ille inferorum Styx. Nam Diodorus recitans Homeri carmina

Παρ' δ' ἴσαν ὠχρανον τε ῥοὰς &c. id est

Oceani veniunt undas & Lucada rupem,

Solis et ad portas, ubi somnia gens vaga regnant,

Vlteriusque adeunt viridantia prata, frequentant

Quæ manes hominum vitâ simulachra carentum,

docet Nilum per Oceanum, Heliopolin per Solis portas & pratum juxta paludem Acherusiam propè Memphim per mortuorumprata intelligi. Plerasque enim et maximas Ægyptiorum funerationes istic peragi dum cadavera per amnem et Acherusiam paludem deportata in cryptis illic sitis reponant. Vnde etiam Græcorum Achæron et Charon. Porro tota Osiridis solennitas funebris est, et ad inferos spectat, dum mortuum quotannis lugent, membra sparsa quærunt et humant & apin bovem anno quoquo tertio in fluvio Nilo demersum suffocant eique ritus funebres tanquam Osiridi demortuo peragunt, fingentes animam Osiridis in Api resedisse. Mercurius symbola Deorum et solennia sacra regnante Iside constituit. Osiris solus jam tum mortuus erat, ideoque solennitate funebri annuatim celebratus est, et subinde Deus mortuorum constitutus. *Illud verò, inquit Plutarchus, [133] quod hodie sacerdotes veluti abominantes et occultantes trepide significant, Osiridem mortuis imperare neque a Dite seu Plutone alium esse, ignoratum quomodo verum sit plerosque turbat, suspicantes in terra et infra terram sacrosanctum istum Osirim habitare, ubi corpora latent eorum qui jam desijsse putantur.*

Reges Ægyptios a Mene quodam deducunt Historici et in eo ^{c[134]} omninò consentiunt quod Menes fuerit primus Ægypti Rex. Hoc Herodotus, diodorus Siculus, Erotosthenes, et ex Manethone Africanus, hoc Iosephus, Eusebius et Syncellus uno ore prædicant. Menes verò pater Athothis id est ipsius ^{f[135]} Theuth seu Mercurij primi statuitur, ideoque Misor est Sanchoniathonis. < insertion from f 77v > ♣Ab ^{r[136]} Hippopotamo raptus interijt ut ex Manethone notat Africanus, id est a Typhone fratre interemptus fuit. Nam Typhonem ^{s[137]} < text from f 78r resumes > Hippopotami specie formabant ac ^{t[138]} talæ

fuit in Hermopoli Typhonis simulachrum. Apollonopolitæ verò ^{v[139]} *Crocodilum oderunt quia Typhonem ejus formam induisse aiunt*. Porro Menes ^{g[140] g[141]} primus Ægyptijs persuasit ut legibus uterentur eosque a tenui et opum pecuniæque non indigente victûs ratione deduxit, agriculturam scilicet ijs ostendens, ideoque Osiris est. Nam et nomen bovis Mneuis <79r> qui Osiridi sacer fuit a Mene desumptum videtur. Sane nomina Μνευις et Μηνις valde vicina sunt et quandoque permutantur. Nam et Bos Μνευις Æliano Μηνις vocatur et vicissim rex Μηνις Diodoro ^{b[142]} alicubi Μνενης est. Rex idem Herodoto Μτω et Iosepho Μιναιος dicitur et est Menætius ille quem ^{c[143]} Apollodorus pastorem Plutonis esse scribit, nove Mneve scilicet in pastorem Menætium verso. Docet autem ^{e[144]} Huetius quod Menes e Gentibus aliquibus pro Deo fuerit cultus, et quod Latinorum Deus Genius sit Μτω , unde Μτωες, Æcolice Μανες, Latine Manes. Ex eodem fonte videtur Minos, Græcorum filius utique Iovis et Index Orci. nomen suum habuisse. Sed ex dictis abunde palet, quod Osiris sit infernorum Deus.

< insertion from f 18v >

Igitur Chami filijs quatuor Misraim, Phut Chanaan et Chus (Gen 10) qui sedes in Ægypto Libya, Phænicia et Arabia habuere, respondent Osiris, Antæus Busiris & Hercules. Nam Hercules ab omnibus statnitur filius Iovis adeoque locum quartum occupabit. ffingitur dux exercitus Osiridis quia paulo post pro Ægyptijs contra Typhonem militavit: Nam Typhone regnum Ægypticum occupante Ægyptij fugerunt & f dispersi sunt donec Hercules in eorum subsidium veniret: Et propterea Hercules cum suis seorum habitabat.

<19r>

Vbi Chamus cum suis in Ægypto aliquamdiu consederant, ^{a[145]} Diodorus et Eusebius ex Ægyptiorum Theologia a Mapethone conscripta tradunt quod *Osiris rebus Ægypti constitudis, et totius regni administratione Isidi uxori in manus tradita consiliarium et Mercurium adjuxit quod prudentia cæteros antestaret omnes. Imperatorem verò ditioni quam reliquit Herculem genere propinquum – at tractibus qui ad phæniciam inclinant & locis maritimis Busirim, Æthiopiæ et Libyæ Antæum curatores dedit. Tum ipse iter (in Æthiopiam). suscepit fratre [vel potius filio] comitatus quem Græci apollinem vocant*. Designatur hic divisio regni Chami inter ipsius filios quatuor Herculem, Osiridem, antæum et Busirim, seu Chus, Misraim, Phut et Canaan. Et Antæus quidem partes Libycas, Busiris vero ostia Nili & Phæniciam at Hercules primogenitur patris sedem ad orientalem Nili ripam & partes reliquas Nam ^{b[146]} Busiris rex fuit. Ægypti æque ac Osiris. nec dubium est qui reliqui etiam fratres in propriis sedibus regnavint: Iotinera vero suscepta sunt ut quisque sortem suam perscritaretur. At Ægyptij patri suo Osiridi honoris ergo dant dominium in fratres et orbem totum ab eo lustratum esse fabulantur. Ex fratrum numero nominibus et sedibus perspicuum est Busiridem esse Canaan. Nam et Hercules hunc vicit perinde ut Iupiter Belus Vulcanum, & hic æque ac Vulcanus per mare navigavit. Hic Busiridem urbem in inferiori Ægypto condidit Busiriticæ præfecturæ caput. In Heliopoli quæ metropolis erat Ægypti inferioris sacrificabantur homenes vivi & mactabantur tres diebus singulis ad usque tempora Amosis regis qui anno circiter ducentesimo post exitum Israelis ex Ægypto hanc consuetudinem sustulit. Et hæc sævities a Græcis Busiridi qui illic aliquando regnaverat, tanquam tyranno crudelissimo

ascribi solebat, quamvis ipse cum suis ab Hercule victus ex Ægypto g antea profugevat. Porro videtur etiam Canobus veli Canopus idem fuisse Deus cum Canaan. ^{d[147]} Ægyptij enim Imperatorem nominabant Osirin & gubernatorem Canobum cum quo stella idem habet nomen, & navim quæ Argo græcis dicitur inter sidera relatam in honorem navis Osiridis non procul ab Orione et Cane ferri. Vnde n Canobus erat Osiridi coætaneus et tamen ab eo diversus, et propterea ejus frater ille qui navigandi artem maxime caluit, hoc est Canaan. In inferiori Ægypto ubi Canaan regnabat extat et urba Canabus et Nili ostium Canopicum, & insula Canobus eidem ostie objecta. Pingebatur autem Deus Canobus cum ventre turgidissimo. Et inde Nomen אורב, quæ et utrem significat, et Pythonem qui ex tumido ventre quasi utre oracula depromit. And hence Proteus was said one while to flow as water & another while to burn as fire

< insertion from f 19v > ^{[148]b[149]} as Heraclitus relates: whence they feigned that he put on all shapes. For Proteus was king of the lower Egypt & lives in the Iland Pharos of Alexandria & was well skilled in navigation like Vulcan & therefore accounted a sea God. He was a very wise man understood nature & knew things past & to come like Prometheus. His sons were accounted cruel to strangers like Busiris & therefore Hercules destroyed them as he did Busiris with his family. He was therefore contemporary to the sons of Ham, & by consequence one of them; that son to whom all these qualifications agree. He was called the son of Neptune & Phænica because a navigator & Phænician, & Protens because πρωτος the first of the nation. For Orpheus calls him πρωτος {Σ} υης the first man from whom sprang, saith he, the principles of all nature-< text from f 19r resumes > < insertion from f 19v > ffint ^{f[150]} patris Osiridis scriba, & Isidis Consiliarius et, scriba quam discipulus ❖avi sui Iovis Hammonis, sic enim. Isis in libro sacro Hermeti ascripto filium suum Horum alloquitur *Mentem adhibe o fili Hore. occultam enim audis contemplationem quam avus Camephes audivit ab Hermete qui omnium refrum commentarea scripsit ab omnium progenitorum Camephe quando et perfecto atramento eum honoravit. Et hinc Mercurius a Veteribus dictus fuit* ^{g[152]} *Parammon.* < text from f 19r resumes > < insertion from f 19v > Terra vestaque apud Latinos et ^{a[153]} Titæa apud Assyrios et Atlantios a voce ט ט quæ lutum significat pro Saturni Assyriaci urore accipitur et inde Titanum & terræ filiorum < text from f 19r resumes > < insertion from f 19v > ❖Et e contra, Gens unaquaque cubtum Dei sui vel Deæ ad solem vel Lunam vel Terram tanquam corpora omnium nobilissima referre conabatur ut Macrobius fuse docuit. Et hinc factum est ut Dij Deæve qui ab invicem diversi erant pro eodem haberentur; Iuno, veluti Dea Syria, Minerva, Ceres, Diana, quæ omnes pro magna matre quando cultæ fasrunt, ut et pro Luna et inde ab aliquibus confunduntur inter se < text from f 19r resumes > < insertion from f 19v > ❖Io Inachi filia in Ægyptum fi {illeg}ens Osiridi nupsit & ab Ægyptijs vocata fuit Isis. Res Græcorum ad Ægyptiam, Chaldaicam & Assyriacam Theologiam nihil omninò spectant. ❖< insertion from further up f 19v > ❖ Every nation studying to honour their own ancestors they were not content to worship them them selbes but sometimes pretended them to be the Gods of other nations also, & the Egyptians also pretended that Dionysus Bacchus Adonis & Pan were their Osiris < text from f 19v resumes > Et his probe notatis Objectiones ut {ij} luminum evanescent. < text from f 19r resumes >

